A.VII.13


VADE IN CAMPANIAM DISCE PAVLINVM
THE VAN DER POEL COLLECTION
OF CAMPANIAN ARCHAEOLOGY

G 220

35. **(Ercolano). (GORI Antonfrancesco).** Symbolae litterariae. Opuscula varia philologica scientifica antiquaria: Signa, Lapides, Numismata, Gemmas et Monumenta medii aevi nunc primum edita complectentes: Volumen primum (et secundum), in quo admiranda antiquitatum Herculanensium continuantur. Adjectis Tabulis aere incisis. Roma, Tip. Palladis, 1751, in 8°, due voll. uniti in uno, di pp. XXIV-182; XXIV-203, rispettivamente con tre e tre tavv. f.t. ripiegate, piena pergamena con tassello. Sono due dei 10 voll. di Opuscoli varii raccolti dal Gori e dei quali importantissimi sono questi ad illustrazione degli scavi di Ercolano che in quel periodo suscitavano l'attenzione e la meraviglia di tutti gli studiosi e archeologi dell'epoca. Essi racchiudono una prefazione del Gori, varie lettere scambiatesi fra Scipione Maffei, Jacopo Belgrado, Giovanni Di San Lorenzo e altri 34 eruditi napoletani o di altre città. Fa solo eccezione al suddetto contenuto una lettera di G.P. Ricolvi ed A. Rivautella sulla scoperta dell'«Antica città d'Industria» in Piemonte nelle vicinanze di Casale. Confronta Natali, 700, p. 739.

Vol. '71

SYMBOLARUM
DECAS ROMANA.

SYMBOLAE
LITTERARIAE
OPUSCULA VARIA
PHILOLOGICA SCIENTIFICA ANTIQUARIA

SIGNA . LAPIDES . NUMISMATA . GEMMAS

ET MONUMENTA MEDII AEVI

NUNC PRIMUM EDITA
COMPLECTENTES

VOLUMEN PRIMUM

IN QUO ADMIRANDA ANTIQUITATUM
HERCULANENSIUM CONTINUANTUR
Adjectis Tabulis aere incisis .

ROMAE CIↃ. IↃ. CC. LI.
EX TYPOGRAPHIO PALLADIS

SUMTIBUS NICOLAI, ET MARCI PALEARINI
PRAESIDUM PERMISSU.

Museo March.s de Sterlich

Illmo, & Rmo Domino

JOHANNI FRANCISCO STUPPANIO

ARCHIEPISCOPO CORINTHI
ET TOTIUS URBINATIS
DITIONIS PRÆSIDI

NICOLAUS, ET MARCUS PALEARINI
FELICITATEM.

EXCUSAM per nos, noſtriſque ſumtibus ad finem perductam hanc Opuſculorum ad Antiquitatem ſpectantium celebris Viri Fran-

ciſci Gorii collectionem cum evulgare pararemus, non diu nobis, Præſul Illuſtriſſime, deliberandum fuit, cuinam potiſſimum primum illius Tomum dedicaremus. Statim enim Tu nobis inter cæteros digniſſimus occurriſti, cui Opus hujuſmodi iis præcipuis nominibus conveniret, tam quæ ejuſdem materiam reſpiciunt, quam quæ ad Libri ipſius commendationem, & ad propoſitum nobis finem quam maxime faciebant. Quod enim ad ipſas attinet Antiquitates, cum Tu ad præclara ſtudia tua & Rerum Antiquarum eruditionem, præ-

ſen-

ſentium etiam rerum peritiam ac prudentiam ex proprio vitæ ac munerum tuorum inſtituto adjunxeris; non ſolum ad Antiquitatum præſtantiam rite æſtimandam vim Te habere permagnam, ſed quantus ex ipſis fructus ad publicam utilitatem exiſtat, propriis ac multis experimentis Tibi optime compertum eſſe nobis jure perſuaſimus. Quæ quidem experimenta quum virtutis liberalitatis & integritatis tuæ præclara omnibus argumenta dederint, & mirum ſimul erga bonos bonaſque artes amorem ac ſtudium exhibuerint; hinc merito arbitrati ſumus,

neque

neque Operis hujus æſtimationi melius conſultum iri, quam ſi tuo Nomine inſcriptum in lucem prodiret, neque nos rebus noſtris validius præſidium nanciſci poſſe, quam ſi hac ratione patrocinium nobis tuum demereri contingeret : eo vel magis quod non ſolum, quantum conſilio & prudentia in rebus gerendis polleas, tot graviſſimis muneribus tum Melitenſis Inquiſitoris, tum Apoſtolici Nuntii Officiis apud diverſas Civitates, Reſpublicas, ac ſummos Principes in rebus maxime arduis & graviſſimi momenti a te palam factum

eſt;

eſt; verum etiam quanto ſtudio ad publicam utilitatem incumbas, præſenti munere, quod digniſſime ſuſtines, luculenter demonſtras; dum Vrbinatis Ditionis Præſes, præter alia multa præclara, quæ ibi præſtas, tum Piſauri nobilem urbem hac ratione novis artibus ad promovendam Opificum induſtriam magis locupletatam, noviſque ædificiis ipſius Portum, ad amplificandum totius ditionis commercium, ſplendidiorem reddidiſti. Quæ quidem ratio commercii cum Typographicam etiam artem, quæ non modo rei litterariæ ornamen-

to, ſed & publicæ utilitati eſt, complectatur; non dubitamus quin & præſens Collectionis noſtræ munus, pro tua ſingulari humanitate, benigne excepturus ſis, & nos, quod vehementer exoptamus, habiturus in tua perpetua fide & clientela. Vale.

IN-

INDEX
OPUSCULORUM

Quæ in Primo Volumine continentur.

Joann. Franc. *Stuppanio &c. Epist. Dedic. Præfatio Anton. Franc.* Gori. Pag. I

Eminentiss. ac Reverendiss. A. M. Card. Quirini *Epistola de Herculaneo ad Ioan. Mathiam Gesnerum cum observat. Munteri.* VII

Admiranda Antiquitat. Herculanensium — March. Scipionis Maphej *ad Clar. P. Bernard. de Rubeis Epistola I.* Pag. 3

Iacobi Belgradi *March. Scip. Maphejo Epistola. II.* 33

—— *Epistola III.* 63

—— *Epistola IV.* 75

—— *Epistola V. Antonio Fr. Gorio.* 90

Ioannis Ernesti Walchii *Antiquitates Herculanenses litterariæ oratione auspicali memoratæ & illustratæ* 99

Il Sito dell' Antica Città *d' Industria* scoperto

perto ed illuſtrato da G. P. *Ricolvi*, ed A. *Rivautella* 142

La Tavola rappreſentante la Statua Equeſtre di M. Nonio Balbo ſi ponga alla pag. 67.

Tavola della Iſcrizione antica della Città d' Induſtria ſi ponga alla pag. 145.

Tavola del Tripode ſi ponga alla pag. 180.

PRÆ-

PRAEFATIO

A. F. GORI

Quum e typis Florentinis nonnulla Opuſcula protulerim, quæ Symbolas Litterarias *adpellare placuit, nunc ad illarum exemplum hæc Collectanea in lucem dare ſtatuimus. Et quemadmodum Symbolæ Florentinæ ab Admirandis ANTIQVITATVM HERCVLANENSIVM exordium ſumſere; ita hæ Romanæ, congeſtis ad Spartam hanc ornandam aliis optimis antiquæ eruditionis frugibus, maxima ex parte nunc primum in publicum prolatis, ab eodem argumento incipient; inſuper adjecta* Hiſtoria antiquaria Herculanenſi, *quam multi optabant, quæ uſque ad annum ſacrum* CIↃIↃCCL. *perducta eſt, & quam Deo dante aliquando perficiemus.*

De hiſce Herculanenſibus antiquis Monumentis annorum tredecim ſpatio maxima ex parte effoſſis, complures ſcriptiunculæ ex publicis nuntiis ac novis excerptæ, initio per manus curioſorum hominum vagari, adeo vero crebeſcere cœperunt, ut caliginoſa ambagum varietate, exaggeratione, inconſtantia,

mentem plurimorum vel perturbaverint, vel ancipitem reddiderint; nam fontes, e quibus hausta populariumnarratiunculæ, utpote corrupti, fallacibus inventis, ac splendidis commentis ita scatere compertum est. ut his opponere hominum doctissimorum scripta veritati maxime consona statim oportuerit; & quidem hominum tam probatæ fidei, diligentiæ, ac sinceritatis, ut nihil scripserint, nisi quod suis oculis accurate in ipsis locis perspexerunt, perspectum observarunt, observatum expenderunt, ac litteris consignarunt.

Igitur Opuscula omnia hisce voluminibus comprehensa, ab amicis fide dignis accepta sunt, qui egestionibus ANTIQVITATVM HERCVLANENSIVM vel interfuerunt, vel de singulis, quæ ipsi viderunt, judicium sine fuco dederunt; & quidquid ipsis notatu dignum visum est, in suos commentarios retulerunt. Si qui vero sunt, qui suis oculis singula non perlustraverint; tamen ea tantum protulerunt, quæ ab his, qui ea viderant, atque in locis ipsis adfuerant, scripta acceperunt. Id ipsum a me factum non inficior, qui primum, editis doctorum amicorum epistolis, qui dum Antiquitates Herculanenses eruebantur, interfuere, easque diligenter con-

contemplarunt, singulas edito Commentario explanare, atque inlustrare potuerim; quæ quum minime displicere intellexissem, magno incitamento fuere, ut hæc quoque Collectanea antiquæ Herculanensis eruditionis proferrem.

Inter hasce cupedias ac delicias principem locum dedimus epistolari Descriptioni docti cujusdam Neapolitani, quam scripsit Principi Eminentissimo S.R.E.Cardinali Bibliothecario Angelo Mariæ QVIRINO, qui eam ornatam suo Commentario primus omnium in lucem protulit anno CIↃ. IↃ. CC. XLVIII. *Hanc Italice scriptam Cl. Theoph. Ludolph. Munterus Latinitate & Notis donavit. Post hanc sequuntur quinque epistolæ præstantium virorum Scipionis Marchionis MAPHEI, & Jacobi BELGRADI Soc. Jesu, cujus Epistola V. ad me humanissime scripta nunc primum in lucem prodit. Celeberrimus Maphejus a Ludovico Marchione Pindemontio, Antiquitatum scrutatore accuratissimo, qui Neapoli fuit, & vidit, se accepisse fatetur; cujus epistola, adjecta nunc primum Latina versione, iterum publica fruitur luce. Belgradius antequam hasce epistolas scriberet, Neapoli fuit, & suis oculis Herculanenses Antiquitates pervestigavit, expendit, suisque*

eruditis curis inluſtravit, ac poſtrema epiſtola ab obtrectatorum dicteriis eas vindicavit. Hæc inluſtrium Italorum curis debentur, quorum agmen ducit V. C. Nicolaus Marcellus Marchio & Eques Venutus, patricius Cortonenſis, qui tamen curas ſuas nonniſi anno CIↃ. IↃ. CC.XLVIII. *publici juris fecit.*

Inter transmarinos, qui Admiranda Antiquitatum Herculanenſium inluſtrarunt, eminent plures celeberrimi viri: inter quos ſummam adepti laudem Johannes Mathias GESNERVS, MVNTERVS, ac tandem Johannes Ern. Imm. WALCHIVS, *in gymnaſio Jenenſi extra ordinem philoſophiæ Profeſſor egregius, qui perlectis Italicis jam editis lucubrationibus, ut vidit apud antiquos Herculanenſes magno in pretio habitas fuiſſe optimas artes, & litterarum ſtudia, atque ad ſummam celebritatem & gloriam perveniſſe, ac viguiſſe, laudabili conſilio hoc ipſo argumento uſus eſt, ut auſpicalem in ſtudiis inſtaurandis Orationem ſuam recitaret; quam ſtatim ad me dono miſit, atque etiam ad Socios Columbarios Florentinos, a quibus in album ſuum una cum lectiſſimis fratribus ſuis, me poſtulante, adſcriptus eſt.*

Non pauca de inventis Antiquitatibus Her-

Herculanenſibus a me excerpta ex Noctibus Corythanis Academicorum Etruſcorum in meo Florilegio *inter Symbolas Litterarias proferuntur Cap. V. & Cap. XI. quod adeat benevolus Lector. Quod ad ſitum Herculanei pertinet, in fine Cap. VI. ejuſdem* Florilegii *oſtenſum eſt, eos hallucinari, qui nimis alacriter & mordicus auctoritati ac fidei innituntur Tabulæ Peutingerianæ, in qua (ſi quis uti velit) numeri notati caute & diligenter expendendi ſunt, aliquando temporum injuria corrupti.*

Poſtremo in tantam antiquarum urbium Neapolitani Regni gloriam, Herculanei, Pompejorum, Stabiarum, Cumarum, & Puteolorum, *quæ noſtra ætate in apricum per tot ſæcula ignotum ſeu caput ſuum, ſeu membra non pauca (utinam & integrum corpus!) extulerunt, urbem quoque* INDVSTRIAM *antiquam, quæ nuper patuit, & plaudit Auguſto Sardiniæ Regi, venire æquum duximus; cujus deſcriptio a Clariſſ. Viris Rivatella, & Ricolvio accurate exarata, ſtatimac prodiit in lucem, adeo rara effecta eſt, ut operæ pretium fecerimus eam iterum publico bono producentes, ut genio & curioſitati Cultorum eruditæ Antiqui-*

tatis fieret satis. Has igitur venerandæ Vetustatis selectas delicias æquo, ac lubenti animo accipe, LECTOR HVMANISSIME, & nostræ industriæ rationibus humaniter fave.

PERITIORES
VETVSTAS FACIT

Ex Cicer. pro Domo sua c. 45.

EMI-

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI

A. M. CARD. QUIRINI
EPISCOP. BRIXIEN.
DE HERCULANEO
EPISTOLA
AD JOANN. MATHIAM GESNERUM

Publ. Gottingenſem Eloquentiæ & Poeſeos Profeſſorem, Bibliothecarium &c.

OBSERVATIONES PASSIM ADJECIT

M. THEOPH. LUD. MUNTER.

POſtquam ſuperioribus diebus publicandos Brixianis his typis cenſui plauſus, ab orbe literato ſeptentrionali editos ob vetera monumenta, quæ ex recens detecta Herculani urbe in regno Neapolitano eruuntur, Te, *vir clariſſime*; programmatis,[1] quo in primis plauſus illi continentur, diſertiſſimum autorem adeat, oportet, Tibique inſuper inſcribatur, excavationis illius deſcriptio meas ad manus jam jam perlata. Hocce igitur grato animo accipias, precor, munuſculum, etſi omnino impar iis gratibus referendis, quas Tibi a me deberi profeſſus ſum publico documento, literis ſcilicet ad Feverlinum collegam Tuum doctiſſimum nuperrime exaratis. Singularis enim beneficii loco accepiſſem, me unum in Italia ab humanitate veſtra ſelectum fuiſſe, cui copia fieret ejuſdem programmatis, legendi primo ac perfruendi; deinde vero illius communicandi cum eruditis viris, quibus certe hac etiam tempeſtate regio noſtra abundat. Quid vero? quum Tibi præter ea viſum fuerit, injecta ibidem

(1) Programma iſtud, *de Herculano nuper reperto*. a. 1747. Georgiæ Auguſtæ decennalia indicens, quippe quod autore ſuo dignum, jam aliquoties eſt typis exſcriptum, ut in *Vicennali* Brixienſ. Gotting. celebr. p. 29. ſeqq.

dem mei nominis mentione, tanto me honore dignari, ut, dum legerem, in genas meas e purpura, quam gero, ruborem illabi ſtatim perſenſerim.

Pretio autem deſcriptionis, quam confeſtim proferam, nihil decedere arbitrabor, ſi Tibi candide exponam levem aliquam offenſionem, quam mihi ejuſdem exordium progignit. Memoratur in eo M. Nonius Balbus, indigitaturque abſque ulla hæſitatione *Proconſul*. Inſcriptio autem, unde nomen illud hauritur, hujuſmodi eſt:

M. NONIO. M. F.
BALBO
P. R. PROC.
HERCVLANENSES
P.

Hacque recitata autor deſcriptionis ſubdit, ſiglas illas P. R. a nemine adhuc intellectas fuiſſe. Etſi vero multum ego abſim, ut antiquarii perſonam induam, haud diſſimulabo, mihi videri, literas quoque PROC. ejuſdem autoris aliorumque, qui iiſdem *Proconſulis* interpretationem indiderint, intellectum fugiſſe. Illas namque, potius quam *Proconſul*, interpretarer ego *Procurator*; ſiglaſque P. R. quæ illico præcedunt, redderem, ſeu *Publicæ Rei*, ſeu *Privatæ Rei*, ſeu *Principis Rationis*, ſeu tandem, *Patrimonii Rationis*;[1] Inſtituebantur enim a principe Procura-

(1) Oedipo hic eſt opus. Tantis autem viris adhuc dubitantibus, certi poſuiſſe aliquid, puderet. Nec minus facilia ſunt reje-

curatores, tam publici, quam privati ſui patrimonii in provinciis & urbibus, hoſque illuſtri digni-

rejectu, quæ conjectu videbantur facillima. Incerta ipſe dico, quæ alibi opinabar. Conſulueram in primis conſulendum *Geſnerum*. Reſpondebat, pro humanitate ſua, quod ipſius pace fiat, hic commode publicanda: „ Quid mihi videtur, „ inquit, „ de inſcriptione illa Noniana, vel potius, cur „ non audeam aliquid de ea aſſeverare, ſcripſi ſuperiore anno ad *Feverlinum*, quam ille epiſtolam miſit ad ipſum „ Cardinalem, quod intelligo ex collectione, cui titulum fecit, „ *Specimen humanitatis, qua eruditi quidam* &c. p. 18. Ibi „ enim cetera epiſtolæ reponi juſſit Eminent. Cardinalis. Quæ „ ad inſcriptionem pertinent, certa ratione prætermiſit, alias „ forte publicanda vel publicata. Quæ illa ſint, ſi cupis forte „ cognoſcere, en tibi illa:

Ex literis GESNERI ad FEVERLINVM.

---- "Sed nec de communicata nobiſcum inſcriptione commentari aliquid, in his præſertim temporum meorum anguſtiis, „ auſus ſum, cum verear, ne parum integra ad Eminentiſſimum „ Cardinalem ea pervenerit. Certe ſcrupulum mihi injecit ad „ primum ſtatim conſpectum illud, quod memineram eam videre publicatam in libro Anglicano, qui literas pictoris adoleſcentis ad amicos continet; (*Letters from a young Painter* „ abroad to his Friends in England. Lond. 1748. p. 203.) „ Sed diverſa paulum ratione. Ponam utramque, ut judicare „ poſſis, utrum ſine cauſſa laborem:

Eminent. Quirini apographum.

M. NONIO. M. F.
BALBO
P. R. PROC.
HERCVLANENSES
P.

In literis pictoris.

MARCO NONIO M. F.
BALBO. PR. PRO. COS.
HERCVLANENSES.

„ Nonium Balbum Actiacis temporibus tribunum pl. Cæſari „ Octaviano faventem contra Antonium, Dio memorat. Nec „ deſunt Noniæ genti alia decora. Poteſt legi P.R. PROC. po„ puli Roman. Proconſuli: Poteſt legi PRaetori, PRO. COnSu„ li. Nec enim abſurdum eſt, ut aliquis ex Prætore Proconſul „ fiat, ſub primis Imperatoribus. Poſſe aliquem Proconſulem

„ dici,

dignitate , & magna autoritate præditos fuiſſe innoteſcit . Inſcriptio , quam affert celeberrimus Muratorius p. MMXXIV. Theſ. Inſcript. aut parum fideliter Neapoli deſcripta fuit , aut rem , de qua agitur , obſcurat potius quam illuſtrat ; nam ita illa ſe habet eo loco : [1]

M. NONIO M. F. BALBO
PR. PRO. COS.
D. D.

Æque miror , nullam hujuſce inſcriptionis mentionem fieri in deſcriptione mox ſubjungenda, nec *Muratorium* ulla adnotatione tenebras , quas dixi, depellere curaſſe . Venio nunc ad deſcriptionem .

DE-

„ dici , non adjecto provinciæ nomine , & extra provinciam , „ non habet difficultatem . Potuere Herculanenſes cauſſam ha- „ bere honoris habendi viro , cujus Proconſulatus ad ipſos ni- „ hil proprie pertineret . Sed illud me movet , quod dicitur in „ Pictoris epiſtola eſſe hic titulus in baſi *Statuæ equeſtris* : Qui „ honos videtur rarius cuiquam inter Romanos , & in illa Ro- „ mæ vicinia tributus , niſi vel imperatori Po. Ro. florente rep. „ vel deinde imperatori alicui Auguſto . Porro cum temporis „ notam non habeat ille titulus , cum ex forma literarum exi- „ ſtimare vel divinare nihil nobis liceat . Hæc omnia faciunt , „ ut fere pudeat conjicere aliquid , quod æque facile rejicere „ aliquis poſſit , quod ſtatu quaſi uno oris disjiciat , qui inſpi- „ ciendi ipſius lapidis habeat opportunitatem &c.

(1) Quam nobilis fuerit Noniana gens , quam condecorata laudibus , plures dant ab ipſo *Muratorio* ibidem memoratæ , inſcriptiones . Altera eſt :

M. NONIO . M. F. BALBO.
PATRI.
D. D.

Altera:

VICARIAE A. F. ARCHIADI.
MATRI. BALBI.
D. D.

Utramque , quibus inerant , ſtatuæ detectæ reddiderunt .

DESCRIPTIO

excavationis, quæ in Villa Reſina fit, juſſu regis utr. Sic.

Quinguaginta fere anni ſunt, quum palatium prope ad eum locum, ubi nunc terram eruunt, exſtrueretur. Hic autem reperiebantur, quas e regno clam exportarunt, miræ pulcritudinis ſtatuæ. Quo quidem palam facto, rex juſſit, ut excavationem vicinam & amplam & profundam facere regiis ſumtibus inchoarent. Unde tot extractæ ſunt varii generis antiquitates, ut intra ſex vel quinque annos tale formarint muſeum, quale terrarum dominus, quicumque fuerit, vel pluribus ſæculis, cogere non poterit. Et quia lapicidina, ut ita dicam, vaſta eſt atque intacta, dies, quo laborant, præterit fere nullus, quin ſtatuam quamdam expromant, vel alia quædam antiquiſſima vaſa, vel ſupellectilem.

Igitur adhuc cognita [multa enim diſperſa quoque erant, alia male excepta, alia, quippe quæ rariſſima, rex occulta habet] ſunt marpeſia cautes, caballum repræſentans & equitem pro natura proconſulis, cujus nomen M. Nonius Balbus. Hic eſt thorace veſtitus, paludamento ab humero ipſius ſiniſtro pendente; tam inſigniter aptatus, ut intuentis cujuſque ſtuporem excitet. Et equus, & proconſul opus ſunt abſolutiſſimum, ab artifice, ſine dubio, Græco, ex eodem galactite ſtatuario, ſculptum. Agnoſcuntur venæ, muſculi, ſtatus, vivacitas equi honorarii aurem alteram habentis, inter alia feſtiva,

por-

porrectam, alteram vero versam in equitem, qui calcaribus & annulo digiti &c. instructus est. Ad imaginationem facta hæc sunt, sic ut & thorax, habena ac frenum, præstantissimam. Basi inscriptum hoc est:

M. NONIO M. F.
BALBO
P. R. PROC.
HERCVLANENSES
P.

Nullam prorsus reperies antiquitatem æque perfectam, atque ista est. Sed P. R. quid sibi velit; dicere adhuc nemo potuit. Sunt quidem variæ explicationes & Florentia missæ, quas omnes notavi; [1] Sed historici munere fungor, non antiquarii: Statuam hanc equestrem, [si quidem jam omnium est orbis terrarum pulcherrima, Antonini adeo Capitolinæ, tam ob antiquitatem, quam artificem sane peritissimum, longe præferenda,] rex in atrio basilicæ magnæ Porticensis collocari jussit. Ferreis ibi cancellis circumdatæ marmoreisque columnis, sunt armati custodes impositi.

Ante scalas ejusdem palatii, in basi recens facta,

(1) Ad eruendam hujus monumenti antiquitatem, descriptione adhuc opus est, cum statuæ, tum inscriptionis; longe accuratiori. Ego vero, si P. R. PROCuratori legendum, scirem, num Flavii Cæsaris tempore Nonius ille vixerit? Num, in restituendis civitatibus, incendio terræque motu adflictis, procuratores Cæsar adhibuerit? v. *Sueton.* in Flav. Vesp. c. 17. Tantumne equestris statuæ honorem Procurator meruerit? Iisque positis, quid obest, quin Perditæ Rei, vel Perditarum Rerum PROCuratori, legas? Herculanenses vero multa perdidisse, primo Vesuvii montis incendio, adparet.

facta, vides ſtatuam Vitellii Cæſaris, naturæ congruentem, cui nihil deeſt. Eſt perfectiſſima & ipſe ſuo diſcernitur vultu, monetis ſimillimo. Dimidia venuſtiſſime ornatus thorax eſt eminentia, mirabilia ei ſunt calcaria, conforme etiam paludamentum. Haſta tantum deſideratur, quam dextra fortaſſe tenuit. Similiter alia quædam dicto equiti deſunt. Hanc autem non multo ante, caballum & equitem nobiliſſimum eruerunt.

Sunt præter ea repertæ ſex & forſitan plures ſtatuæ ex aere, Coloſſicarum magnitudine, & feminarum & una plane nuda Neronis, eadem aerea. Fulmen manu tenet. Jovem ſimulat, artificio perfectiſſimo. [1] Duæ Statuæ Coloſſenſes, ſedentes; ſed ſine capitibus, ceterum abſolutiſſimæ. Sacellum, vel Moſaici laboris altare. Statuæ plures mediocres ac parvulæ: Idola, numero carentia. Quædam ſunt tam præclare efficta, ut duo vel tria impenſarum tanto æquivaleant, quantum rex in iis adhuc conſumſit. Nondum omnia ſunt ſuo loco collocata; Sed repoliuntur, priſtino, tamen pigmento, ſive colore relicto. Superiori æqualem equum credunt eſſe repertum, infractum vero. Ne quid de aliis marmoreis rebus dicam, ut de tabulis, venuſtiſſima quadam figura ſuffultis &c.

Plura eruta ſunt, quæ antiquitates mire illuſtrant. Vaſa ænea, quæ menſuræ procul dubio fuerunt liquorum. Sunt illis anſæ, dimidiata emi-

(1) Neronis Statuas reponi Othonem Cæſarem curaſſe, teſtes ſunt *Suetonius* in ejus vita c. 7. & *Tacitus Hiſt.* 1. 78.

eminentia effictæ, ſummo artificio. Aliaque infinita culinæ vaſa, ac bellaria conficiendi inſtrumenta. Ecquis crederet? Furnum eruerunt obturatum. Quem quum aperuiſſent, intus comparuit patina quædam metallica, bene magna, diametro circiter ſeſqui palmaris, cum clibanite in ea incinerato. Obſervabant in ipſo cinere laborem. Sed quum in eo eſſet, ut auferretur foras, corruit qualecumque eminens in partes patinæ inferiores. Conſervarunt tamen patinam, quam portarunt ad Regem. In interiore furni parte varia inerant vaſa & metallica, & Samia. De quibus, certo deficiente ſigno auctoreque certo, dubitant.

Atque eruerunt belliſſimas e marmore pretioſo columnas. Duas circiter ſex palmorum, in oratorio ſuo ejuſdem palatii, poni rex curavit, quæ, quia maximæ, ita conſervantur. Pavimenta teſſellata &c. Multa perierunt; Locum enim evertit Veſuvinus ignis & quæ ibi erant vel tota, vel ex parte conſumſit, ne marmoreis quidem æneiſque exceptis.[1]

In muſeo regis oſtenduntur varii generis ferræ, claves, repagula, cornices, cardines, arma: Et quæ alia? Sardonyces, numi in rei memoriam cuſi, corna, vel gemmæ pulcre admodum ſcalptæ, magna vero ex parte perditæ.

Nondum annus eſt, quum ſtrepitum in hac me-

(1) Mirum, quot integra adhuc ſunt inventa: Hoc literæ Angl. pictoris indicant. Ex aliis autem combuſtis, parem ubique non fuiſſe ignis Veſuvini terræque motus vim, facile conjicitur.

metropoli faceret liber repertus, æneus, quatuor tantum tabularum & quidem æneárum. Illis ex utraque parte ſunt inciſæ literæ. Continent honeſtam militum hujuſce loci, ubi excavatio fit; miſſionem &c. [1] Res, quam princeps nullus habet. Legere librum eruditis nondum contigit; Nam rex eum ipſe ſub clave, uti ajunt, conſervat,

Inſcriptiones autem, quibus, quia quaſi loquuntur, maxima ſolet eſſe antiquiſſimarum rerum exiſtimatio, multæ ſunt, quæ ſtatum priſtinum loci effoſſi docent, ubi tam raræ reperiuntur tamque utiliſſimæ antiquitates. Iſtic enim nominantur imperatores & theatrum. Inter alia longiſſimam ætate ſuperiori offenderunt recenſionem, quod quidem dicitur, vel familiarum Roman. renovationem cum marmore bene longo largoque. Bajardum ſuſpicantur, hocce luci redditurum.

Sunt quoque fragmenta, quæ reparari nequeunt, innumera: Quæ ex eo quod tam facile conteruntur atque infringuntur, dolenda.

Rex noſter ad omnia maximopere eſt incitatus, omnia quoque conſervabit. Fabricata ſunt diverſa ſub cameris regiis magni, quod Neapoli

b eſt,

(1) Dimittendi exercitus tria potiſſimum genera accepimus. *Honeſta* dicebatur miſſio, quam imperator, emeritis ſtipendiis, vel ante indulgebat. *Cauſſaria*, popter valetudinem, laboribus militiæ ſolvebat. *Ignominioſa* denique miſſio totiens fuit, quotiens is, qui mittebat, nominatim adderet, „ ignominiæ „ cauſſa ſe mittere „. Semper enim debebat, cur mittatur miles, addi. Dimittens utebatur his verbis: „ *Diſcedite caſtris* „, vel: „ *Diſcedite Quirites atque arma deponite*. „ cet. v. *Barn. Briſſon.* de form. L. IV. n. 57. p. 343.

eſt, palatii conclavia, ut, quonam tempore? adhuc ignoratur, cuncta juſto ordine, adjuvantibus antiquitatum peritiſſimis, collocentur.

Optaret quiſque, a nobis oſtendi peregrinis, qualis locus effoſſus fuerit, unde abundantiam præſtantiſſimarum ac pretioſarum rerum, quæ reſtiterunt, acceperimus. Sed quomodo dici certi aliquid poteſt? Namque effoſſio fit confuſa, nec vacuum erutum quicquam relinquunt, ſed ob vicum bene magnum replent, ſupra jacentem, quem nos Reſinam, Latini Retinam vocant. Tot varias variorum imperatorum ſtatuas conſpicientes, confundimur. Verum quidem eſt, Vitellium & Neronem in theatris noſtris fuiſſe, quibus poni ſtatuæ poterant. Balbi autem proconſulis nomen & muliebres ſtatuas, tanquam Veſtalium, &c. ubi reſpicimus, dubii exinde denuo ſumus: Nec dici poteſt, templum ne, an theatrum, an oppidum, aut deſtructi hujus loci arcus ſint triumphales. Multo magis, quum furni, culinæ, vaſa utenſilia, libri &c. reperiuntur. Quid igitur mirum, ſi certi quid de iis conſtitui nequit? Exſpectabimus, dum caſus vel fortuna veſtigia oſtendat magis aperta. Quo facto verum publico non denegabimus. Atque obſervandum præter ea, Veſuvium fuiſſe malum deſolatorem, qui corrupit & incendio miſeram reddidit terram noſtram ante amœniſſimam. Quis doctus, imo doctiſſimus antiquarius poſſet ex iis, quæ adhuc videmus, vel argumentari vel decidere, quare hic ſtatus antiquitatum tam fertilis fuerit rariſſimarum ſuperbiſſimarumque? Unum

Unum tantum eruimus, cui certi quid ineſt, hunc locum *Herculanum* ſive *Herculanium*, Græce Ηρακλεῖον, non Turrim Græci eſſe, ut nos Neapolitani credidimus cum accuratioribus Geographis omnibus, quorum & Cluverius locum eudem vidit. Herculanenſes enim Nonio Balbo ſtatuam poſuiſſe, repertum.

Artis criticæ minus periti & Dionem, Strabonem, ceteroſque Geographos minores, non authenticos, ut ſuam quiſque linguam loquitur, ſed translatos legere ſoliti, theatrum id eſſe credunt, in tempora Titi cadere contendentes. Ita vult *Laſena* noſter, auctor ſatis obſcurus, in opere de gymnaſio. Addunt quidem, veroſimilius, theatrum non in Herculano, ſed in regia urbe noſtra, vel utroque ſimul fuiſſe. Hæc autem tam perturbata quæſtio anni occupationem minimum indigeret, ad explicandos conciliandoſque veteres & Græcorum, & Latinorum auctores, quotquot ſunt, qui de re noſtra loquuntur; ad faciendas, quibus opus eſſet, obſervationes criticas, tollendamque tantam confuſionem, quantam ubique ſparſit doctus noſter, *Petrus Laſena*, cenſuram meritus accuratiorem.

Aliam Cumis jam inchoavit rex noſter, non ſine magnificentia regali, excavationem, vaſtam ſatis, verum prope exhauſtam. Non enim contectæ erant antiquitates, uti Reſinæ vel Herculani, a Veſuvio. Interim eruerunt porticum, cum pluribus ſtatuis Coloſſicis. Quarum una, quam expromebant, Herculis erat plane nudi,

XIV vel XV. palmorum longitudine. Brachii pars ei deeſt, pariter ac lumbi. Adeſt caput, quod æque minus ac dorſum cedit Herculi Farneſio. Supercilia arcuata omnes noſtri pictores admirantur. Continua temporis ſerie aliæ effodiuntur ſtatuæ ſimiles & ſub arcu magni palatii regis, quod Neapoli eſt, advectæ, in baſibus novis collocantur. Reperta ſunt quædam dimidiata, quod dicunt, eminentia pulcre ornata. Huc duæ ſpectant inſcriptiones pulcherrimæ; Altera Græca, quam ego interpretatus ſum, altera difficillima, in laudem Veneris, ligata oratione ſcripta, illuſtrata quoque a me & recitata D. Abbati Coſſalio. Similiter ad Zenonem Apoſt. exemplum breve miſſum eſt. Accedunt aliæ infinitæ inſcriptiones libertorum ſepulcrales, quas etſi mecum non ſervem ſingulas, ubi tamen quæram, non ignoro.

Non eſt, quod amplius dubitemus, quin Herculaneum ſit Reſina, [1] ſiquidem in itinerario Antonini dicitur diſtare a Neapoli ſex lapidibus

(1) Cui ſubſcribit auctor libelli *Memoire ſur la Ville ſouterraine* &c. p. 40. Quo jure? non video. Villa fuit *Retinæ* Latinis, Italis deinceps dicta *Reſina*; Herculaneum vero oppidum. Plinium natu majorem Veſuvii montis pericula inveſtigantem, Retinam dum ardebat petiiſſe, loco auxilium laturum, memoriæ prodidit, in epiſtolis ſuis, natu minor. Cur quæſo Herculaneum Plinius ſilentio præterit? Num uno tantum loco naves adpulit Hercules? Idque Retinæ factum ubinam legitur? Sua ſemet ipſum refutavit inſcriptione, ibid. p. 11. publicata, Retinam & Herculaneum clare ſatis diſtinguente. Eſt omnino vicina Herculaneo, a mari magis remoto, villa hæc, cum aliis tot exiguis, habenda. Vide *Chriſtoph. Cellar.* Geograph. antiq. l. II. c. 9. p. 834.

dibus & Turris Græci, pro Herculano habita, a nobis adpellatur Turris octava, quia octo lapidibus ab hac urbe abeſt & ſuam quodque milliare turrim forſitan habuit.

Ego vero adſentior amicis, qui aliquas inſcriptionum reliquias legerunt, literaſque uncia-les internoſcentes, clare admodum cognoverunt theatrum & Rufum, qui illud fecerat, architectum.

Octoginta fere palmorum altitudinem excavatio habet omniaque obruta ſunt immenſo bitumine, quod tempore diverſo Veſuvius eructavit. Nihilo tamen ſecius locus hic plus quam quinque vel ſex milliarium ſpatio, a famoſi Vulcani vertice diſtat. A cratere ſive mari noſtro locus unius circiter lapidis ſpatio abeſt. Quare recordemur ſapienterque obſervemus, theatrum hocce oppidum Herculanenſe ſupra ſe habere molem bituminis LXXX palmorum & Titi memoria regionem fuiſſe tanto humiliorem. O quam mirabilem flammarum lapidumque eruptionem!

Eſt quoque repertus, quod pæne oblitus eram, magnus excellentium picturarum numerus, a parietibus ſubterraneis avulſarum lociſque decentibus repoſitarum. Monſtrarunt eas profeſſoribus, qui locorum virtutem, delineationem, fabulæ expreſſionem &, quaſcunque repræſentant, formas ſunt valde admirati.

Regi igitur quum propoſitum eſſet, omnes iſtas antiquitatum reliquias dignas eſſe, quæ in æs inciderentur, initium ab artifice factum, artis

tis ſuæ parum perito. Exinde autem imperfecta plane rerum orta eſt deſcriptio. Quam ob rem accerſi Roma curarunt excuſorem optimum, cui mercedem adſignarunt ſatis honorabilem. Qui quum deſignationem probe calleat, ſtatuis & omnibus quæ novi muſei reſtant, publicum aliquando delectabitur.

Perpulcra effoſſa eſt manus Panthea, [1] qua jucunde poſſunt antiquitatum litterariarum amatores occupari.

In picturis inventis, quas rex conſervat, obſervantur nobilis architecturæ ædificia in iiſque feneſtræ lapidum ſpecularium. Quibus nonnulli mediocrium antiquariorum noſtrorum decepti, vitra putarunt eſſe, noſtris ſimilia. Sed lapides notos repræſentare poſſunt, pellucidos ac ſpeculares.

Ne multa; Publicum poſſet varia cognitione, ante incognita optimoſque ſcriptores Græcos ac Latinos illuſtrante, locupletari.

Terminanti mihi iſtam hactenus feſtinabundam qualemcumque relationem, a perſonis fide dignis nunciatur, diebus proxime præterlapſis pulvillum erutum eſſe, ſciſſum omnino ac diſcerptum. Omnia fere ejus materiæ intus fuerunt inſtrumenta parvula, acus, vulſellæ, digitalia aliaque muliebria. Ingens accedit ſtatua marmorea, cum magnis columnarum marmoris boni frag-

(1) De ſigno Pantheo, totius profanorum religionis quondam complexu, omnium deorum dearumve quaſi ſpeculo, conf. *Ph. Bonanni* Muſeum Kircherian. Claſ. IV. n. 39.

fragmentis. Plura vero bene rara sibi & in posterum promittunt, qui effodiendo occupantur.

Quæ quum ita sint, nemo inficiabitur, Herculanensem civitatem ab inferis nostra hac tempestate excitatam sibi optimo jure eos plausus promeruisse, quos Tu, Clarissime Gesnere, ediditti in Programmate, quo regiæ istius academiæ decennalia celebrasti. Idoneis siquidem jam testibus constat, Herculanum ex Vesuvii rejectamentis erutum antiquitati, historiæ, architecturæ, literis omnibus profuturum. Quare tibi plaudo, Orator disertissime, Tibi gratulor, atque eruditis omnibus gaudeo. Vale.

Brixiæ die XVI. *Martii an.* MDCCXLVIII.

P. S. An autem inservire etiam possit figendæ Diluvii Noetici epochæ, id profecto affirmare non ausim, nec proinde suffragio meo probare quæ de ea re scripsit Præsul Romanæ Curiæ cetera doctissimus, mihique, dum viveret, amicissimus, Franc. Blanchinus in libro, *Historia Universale provata con monumenti, e figurata con simboli degli Antichi*. Quo enim pacto mihi vel ipse, vel alius persuaserit, certis omnino annorum periodis alligata fuisse ea omnia Vesuvii rejectamenta, quæ Herculanum ad inferos tandem detruserint, superaggeratis ad singula illa, seu bituminis, seu fractorum igne lapidum quibusdam veluti pavimentis, quorum numerus certos nos faciat, quo primum tempore Diluvii aquæ terræ illius florem cooperuerint? Ex mente siquidem Blanchini, quandoquidem naturæ opera

ordine

ordine procedunt, binæque, ut conſtat, poſtremæ Veſuvii vomitiones [copioſiores Autor intelligit, pavimentis illis ſternendis idoneas] mille & ſexcentis annis ab ſe invicem abfuerunt, pronum eſt argumentari, totidem annos inter binas alias intercedere debuiſſe. atque in hunc modum earumdem quotquot evenerint numerus, certo innoteſcens ex numero illorum pavimentorum, indubiam reddere idoneus erit aeram œcumenicæ eluvionis, cujus aquæ ſuper terram pavimentis iis omnibus ſubjectam primum incubuerint, & poſtea loco ceſſerint, quo ejuſdem terræ facies, ut antea, appareret. Hæc omnia Blanchinus. Ego vero ab eo proditum, febrium inſtar, vomitionum illarum circuitum, parum abſum, ut fanaticum errorem putem, eoque magis, quod pro rejectæ materiæ copia, temporis etiam ſeu major, ſeu minor menſura iiſdem foret aſſignanda, neque etiam credo, certe explorari poſſe pavimentorum illorum numerum. Quare cenſeo valde humaniter Socios meos Academicos Pariſienſes egiſſe, dum relata Blanchini opinatione prorſus ab ea taxanda abſtinuerunt. *Hiſtoir. de l' Acad. T. IX. p. 19. ſqq.*

AD-

ADMIRANDA ANTIQUITATUM HERCULANENSIUM

A CLARIS ITALIS

DESCRIPTA . INLUSTRATA

ATQUE

AB OBTRECTATIONIBUS VINDICATA.

V. C. MARCHIONIS

SCIPIONIS MAPHEI

AD CL. PATREM

BERNARDUM DE RUBEIS

DOMINICANUM

EPISTOLA PRIMA.

INſcriptiones duæ, quas, Pater A. R. ad me mittis, abs te acceptas Neapoli, antiqua in Civitate inventas, quae modo recens exſurgit, probe mihi cognitum teſtatumque reddunt quanto cum amore in hoc ſtudii genere mecum continues favorem tuum. Equidem jam tum ipſum perſpectum habui, quum notum mihi

LE due Iſcrizioni, che V. T. M. R. mi manda ricevute da Napoli, e ritrovate nell' antica Città, ch'ora nuovamente ritorna al mondo, mi fanno conoſcere con quanto amore ella mi continui il favor ſuo in queſta ſpezie di ſtudio. Principiai già a conoſcerlo ben vivamente, quando mi diede notizia, e poi mi procurò il prezioſo

dono, della Greca lapida dell' insigne Oratore, e Scrittore ARISTIDE, *ch' è de' più rari monumenti, ch' io abbia nel mio Museo. Ora poichè brama sapere, se d' altre finora mi sia stata mandata copia disotterrate a Ercolano, eccogliene una trentina, le più delle quali per una o per altra ragione ben' apprezzabili. Le serbo con ambizione per la mia raccolta d' Inscrizioni, e bassirilievi, che finalmente sono per dar fuori, dovendosi incominciarne fra poco la stampa: buona parte de' molti marmi figurati è già eccellentemente intagliata. Le Inscrizioni che trasmetto, le ho ricevute appunto quindici giorni sono, perchè essendosi da Verona portato a Napoli il Marchese Lui-*

feciſti, & mox curaſti pretioſum illud munus, Graecum ſcilicet lapidem inſignis Oratoris ac Scriptoris ARISTIDIS, qui inter rariora, quae ſervat Muſeum meum, monumenta habetur. Nunc vero, quia ſcire cupis, an aliarum Inſcriptionum, in Herculanei egeſtionibus erutis, copia mihi tradita ſit; en tibi triginta: pleræque ex his multis de cauſis magno in pretio habendæ. Ambitioſe eas ſervo, ut meam Inſcriptionum, & Anaglyphorum veterum ſyllogen ornent, quam tandem in lucem ſum editurus, in qua propediem typothetarum operæ deſudaturæ ſunt; jamque complura marmorum toreumata æri præcellenti opificio inciſa ſunt. Inſcriptiones, quas ad te mitto, quindecim abhinc diebus ac-

accepi : siquidem quum Verona Neapolim profectus esset Ludovicus Marchio Pindemontius, ut magnificis festis spectator adesset, quæ propter Nativitatem regii Principis celebrantur, atque ut adspiceret admiranda, quæ paucis a Neapoli miliariis ex humo in apricum proferuntur; perpulcra hæc monumenta a variis litteratis viris accepit, atque ex his non paucas ipse præterea tum e marmore, tum ex ære summa cum diligentia exscripsit. Inter has ob oculos tuos illa minime veniet, in qua Orchestræ & Theatri fit mentio. Quam etsi ipse vidit, haud tamen exscribere potuit, & postmodum diversimode a plerisque descriptam accepit. [1]

gi Pindemonti, a motivo di godere le superbe Feste per la nascita del Real Principe, e per vedere ancora le maraviglie, che a poche miglia da Napoli vanno uscendo dalla terra, gli sono state queste belle memorie da diversi Letterati comunicate, e non poche di esse le ha in oltre dal marmo, o dal metallo ricopiate con tutta diligenza egli stesso. Non vedrà fra queste quella che si è divulgata, in cui si nomina Orchestra, e Teatro, perchè sebbene ei l' ha veduta, non potè però trascriverla, e gli fu poi data da diversi diversamente.

(1) *De hac Sylloge Inscriptionum vide qua infra adnotatur.*

EPISTOLA

1

DIVO . IVLIO
AVGVSTALES

2

DIVO . AVGVSTO
AVGVSTALES

3

TI . CLAVDIO . DRVSI . F
CAESARI . AVGVSTO
GERMANICO
PONTIF . MAX . TR . POT . VIII
IMP . XVI . COS . II
PATRI . PATRIAE . CENS
EX . TESTAMEN . MESSI . L . F . M . N . SENECAE

MILITIS . COH . XIII VRBANAE . ET
DEDICATIONI . EIVS . LEGAVIT . MVNICIPIB
SINGVLIS . HS . IIII . N
In tabella ærea .

4

ANTONIAE . AVGVSTAE . MATRI . TI . CLAVDI
CAESARIS . AVGVSTI . GERMANICI . PONTIF . MAX
L . MAMMIVS . MAXIMVS . P . S

5

DIVAE . AVGVSTAE
L . MAMMIVS
MAXIMVS
P . S

6

IVLIAE . GERM .....
AGRIPPINAE . TI . CLAVD ..
PONT . MAX .....
L . MAM .....

IMP .

7

IMP . T . VESPAS ...
CAESARI . AVG .....
TRIB . P . COS .....

8

FLAVIAE.DOMITILLAE.,
VESPASIAN . CAESAR....

9

DOMITIAE . CN. F.
DOMITIANI.CAESARIS
D D

10

M . NONIO . M . F
BALBO . PR. PRO COS
HERCVLANENSES

11

.....
.... BALBO. PRO. COS
..CRETENSIVM.PATRONO
.....

12

M.NONIO.M.F.BALBO
PATRI
D D

13

VICIRIAE.A.F.ARCHAD
MATRI . BALBI
D D

14

MAMMIO.MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES.ET.INCOLAE
AERE . CONLATO

aeri inciſa .

15

DECRETO . DECVRION
LOCVS . SEPVLTVRAE
PVBLICE . DATVS
L . AVSIDIO . L. F. HOR . MONTAN
COMITI . C . CALVISI . SABINI

16

D M
C. ASINIO. AVG. LIB
PARAMYTHIO
FESTIANO
FALCONIA. HECDONE[1]
MARITO. BENEM

17

D. M. S
L. FABIVS. MODESTVS
SIBI. ET. SVIS. OMNIBVS
INSTANTIA. ET. LABORIBVS
SVIS. FECIT

18

M. PAPIRIUS. M. F
TERTIVS
AVGVSTALIS

19

CONSTANTI. NERATIOR
VILLICO
POTENTI. NERATIORVM
CELLARIO
POTHVS. ET. LATHMVS
PATRI. ET. FRATRI

21

deest

22

AENIAE
SEX. FILIAE
GEMINAE
SEX. VACAENIVS
GEMINVS
PATER
FECIT

20

L. SAVFEIVS. ARABS
SIBI. ET. SVIS. QVI. IN. SCRIPTI. SVNT
M/. BETI.....
M/. BETI.....
M/. BETI.....
DEMET .....
BETITIA .....

(1) *Forte HEDONE.*

D M

23

D . M
GEMINIAE . SIRICAE
MVLIERI . SIMPLICI
QVAE.VIXIT.ANN.
P . M . XX . MINICIA
PARTHENOPE
ALVMN . DVLCISS
B . M . F

26

D . M . S
L . POMPON
SECVNDO . PV
ERO . DVLCISSIMO
SARCIANA. MARCE
LLA . FILIO. CARISSI
MO

29

TI . CLAVDIO
DIADVMENO
AMICO
IVLIA
BARILLA

24

D . M . S
TI. CLAVDI
FRVCTI
VIXIT . ANN
. . . . . .
MENS. IIII

25

OPPIDIAE
Q. F . GALLAE

27

V.METTIAE.MILLIAE
MELLEBILLAE
Q. VERSINIO. C. F.
QVADRATO

28

C . EGNATIO . C . E
CINNAMO
EGNATI . AMOMUS
ET . NARDVS
OPTIMO . PARENTI
ET . EGNATIA
CONTVBERN

30

ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ
ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ
ΧΑΙΡΕ

Le

Le difficoltà, che a lei vengono fatte sopra quella di Balbo, sono state anche a me da due parti proposte, non senza mia maraviglia; perchè sarebbe difficile trovar' Iscrizione antica, e per le Sigle, e per lo contenuto più facile, e più corrente. Avverto che in essa non siamo affatto certi della parola Herculanenses. *L' Inscrizione come sta quì, è scolpita nella base di statua equestre marmorea, così eccellente, che può competere col Marc' Aurelio di Campidoglio; ma la base è pur' ora fatta. Vero è, che fu assicurato il Marchese Pindemonti, d' esser ricopiata a puntino dall' antica, che c' era prima, e si conserva; il che è molto probabile. Contuttociò*

Quæ tibi proponuntur difficultates in illam Balbi inscriptionem, mihi quoque a duabus partibus, quod miratus sum, propositæ fuerunt; difficile namque esset inscriptionem antiquam iuvenire tum propter siglas, tum propter ea quæ continet, faciliorem. Illud animadverto, quod in ea certi non sumus de voce *Herculanenses*. Epigraphe, ut heic adlata est, in basi statuæ equestris marmoreæ sculpta est, & quidem tam excellenti opere, ut cum Capitolina Marci Aurelii certare possit; sed basis, cui imposita nunc est, recenti opere est sculpta. Verum illud est, de quo certior factus est Marchio Pindemontius, eam ad amussim ex antiqua archetypa exceptam fuisse, quæ primum inerat; & ser-

va-

vatur; quod valde est probabile. Quum tamen ipse non viderit, & a quodam Litterato exscriptam acceperit cum *Herculanenses*, & ab alio pariter ejus loco cum siglis D. D illius judicium amplector, qui ipsum autographum observare potest; id vero nihil ad dubia proposita refert. Quærunt, quomodo hic poterat eodem tempore Prætor & Proconsul esse; perinde ac si in honorariis Inscriptionibus non recenseantur munera diverso tempore suscepta, ac gesta. Quærunt insuper, quomodo Herculanei esse poterat Prætor & Proconsul, quum in Italiam ante Constantinum, ut a me demonstratum est, Præsides non mittebantur, & minime locum habebant. Sed haud credendum, quum in muni-

non avendola egli veduta, ed essendogli stata data da qualche Letterato con Herculanenses, *e da qualche altro con* D. D. *in quella vece, mi rimetto a chi può osservarne l' originale: questo però nulla rileva a' proposti dubbj. Dimandano, come costui potea nell' istesso tempo esser Pretore, e Proconsole; quasi nelle Inscrizioni onorifiche non si mettano le dignità sostenute in tempo diverso. Dimandano, come poteva esser Pretore, o Proconsole in Ercolano, quando in Italia avanti Costantino, com' io già dimostrai, Presidi non si mandavano, e non avean luogo. Ma non bisogna credere, quando si trovano ne' Municipj memorie d' onore a qualcuno, che le di-*

dignità attribuitegli fossero municipali . Le Comunità , o i particolari , che per benefizj ricevuti statue , e iscrizioni ergevano a principali Personaggi , de' supremi onori menzion faceano da lor conseguiti nell' Imperio . Gli esempj nelle lapide sono infiniti . Nonio Balbo , forse nativo d' Ercolano , come può far credere il vedere onorati d' iscrizione in quella Città anche il padre , e la madre sua, con l' autorità ch' ebbe in Roma , grandemente beneficò la Città. Gli Ercolanesi senza più nominano nell' elogio i due maggior gradi , che fino a quel tempo ottenuto avesse , cioè di Pretore in Roma , e di Proconsolo in qualche Provincia . Qual fosse la Provincia, pare indicarsi da quel

cipiis monumenta honorifica alicui posita inveniuntur , dignitates & munera eidem tributa , esse municipalia. Communia , & privati, qui ob conlata in se beneficia statuas , & inscripta marmora ponebant præclaris primariis Viris , summorum honorum , quos in Imperio consecuti fuerant, mentionem faciebant . Innumera sunt vetustorum lapidum exempla . Nonius Balbus , forsitan Herculanensis indigena , quod credibile reddit titulorum decus, quod in ea civitate nati sunt ejus parentes , auctoritate , qua Romæ præstitit , beneficus magnopere civitatem ornavit . Herculanenses nil aliud memorant in elogio , quam duos majores honorum gradus , quos jam tum obtinuerat , hoc est

Præ-

Prætoris Romæ, & Proconsulis in alia aliqua Provincia. Quæ vero ea esset Provincia, ab eo lapidis fragmento indicari videtur, in quo scriptum *Cretensium*. Creta cum Lybia Cyrenaica una ex Provinciis Proconsularibus fuit, quas Augustus constituit. Provinciæ Proconsulis dignitas indicatur etiam a militari veste, qua amictus est, & quod equo insidens repræsentetur. Exstat inter mea marmora votum Dianæ solutum pro salute illius qui Consul, & Proconsul fuerat: non ideo tamen ille his muneribus functus fuerat Veronæ, quamvis nativa Veronæ sit Inscriptio. Exstat etiam illud Gruterianum, adlatum quoque a Salmasio in Historiam Augustam, quamvis cum mendis:

frammento dove si ha Cretensium. *Creta con la Libia Cirenaica fu una delle Provincie proconsolari costituite da Augusto. La dignità di Proconsole di Provincia vien' anche indicata dall' abito militare, che porta, e dall' esser rappresentato a cavallo. Ho nelle mie lapide un voto a Diana per la salute di chi era stato Console, e Proconsole; e non per questo avea colui questi ufizj esercitati in Verona, benchè nativa di Verona sia l' iscrizione. Ho parimente quella del Grutero, addotta anche dal Salmasio sopra l' Istoria Augusta, benchè scorrettamente*: Q. Asconius Gabinius Modestus Praetor Procos. Praef. Aerari Saturnini Dedit. *Ecco un altro, che vien detto*

detto Pretore, e Proconsole come Balbo, senza nominare di qual provincia, e che non era per certo stato nè Pretore, nè Proconsole, nè Prefetto dell' Erario in queste parti.

Del Soggetto dagli Ercolanesi onorato notizia precisa m' è facilmente riuscito nell' Istoria Romana di rinvenire, poichè narra Dione nel principio del libro cinquantesimo, come l' anno Varroniano DCCXXII. Nonio Balbo *Tribuno della plebe, ch' era del partito d' Augusto, si oppose a chi volea fare un editto contra di lui, in favore di Marc' Antonio. Anzi stretta congiunzione di parentela rilevo, che con la gente Nonia Au-*

Q. Asconius Gabinius Modestus Praetor Procos. Praef. Aerari Saturni Dedit. En tibi alius, qui scribitur Prætor, & Proconsul uti Balbus, nulla mentione facta provinciæ, qui etiam nec Prætor, nec Proconsul, nec Præfectus Aerarii hisce in locis fuerat.

Hujusce viri ab Herculanensibus honorati, peculiarem notitiam invenire facile mihi fuit in Historia Romana; siquidem Dio narrat in principio libri quinquagesimi, quod anno Varroniano DCCXXII. *Nonius Balbus* Tribunus Plebis, qui Augusti partes sequebatur, se illi opposuit, qui contra eum edictum facere volebat, ut Marco Antonio faveret. Quin etiam deduco Augustum cum gente Nonia cognatione fuisse devinctum;

ctum ; nam de eo loquens Suetonius, dum nominat Nonium Asprenatem, cui antea dixerat Augustum dono dedisse torquem aureum, quia in decursione ex equo cadens malum passus fuerat ; adfirmat, quod erat iste *arctius ei junctus . Aug. c. 43. & 56.* Mirandum igitur haud quaquam est, si tantæ nobilitatis Viro statuæ equestris decus tributum esset, & quidem excellentis Artificis opificio insignis . Egregia operis indoles mirifice convenit Augustæo aevo . Multo in splendore Nonii semper se extulerunt . Mucianus ille, Consul anno Christi CCI. quem sine alio nomine recensent Cassiodorus, & lapis Veronensis a me editus, duæ Inscriptiones adlatæ a Panvinio in fa-

gusto avesse , perchè parlando Svetonio di lui , e nominando Nonio Asprenate , al quale avea detto prima , che donò Augusto una collana d' oro , perchè si era fatto male cadendo da cavallo in una Decursione , afferma , che questi era arctius ei junctus . Aug. c. 43. & *56. Non è però maraviglia , se a Personaggio di così gran condizione il non volgar onore fosse fatto di statua equestre , e lavorata da eccellente artefice . L' egregia maniera di essa quadra molto bene a' tempi d' Augusto . In molto splendore i Nonii si mantenner sempre . Quel Muciano , Console dell' anno* 201. *di Cristo , cui Cassiodoro, e la lapida di Verona da me pubblicata, registrano senz' altro nome, due Inscrizioni riferite*

ferite dal Panvinio ne' Fasti, insegnano, ch' era M. Nonio Muciano.

O qual rara ventura de' giorni nostri è mai: che si discopra non uno od altro antico monumento, ma una Città! Quanto noi ci sentiamo rapire, quando udiamo, che si rinvengono ad ora ad ora colonne rare, bassi rilievi, pitture eccellenti, mosaici insigni, statue in copia grandi e piccole, di marmo, e di metallo, benchè talvolta in qualche parte rotte, e mancanti! M' è stato scritto, che un libro di metallo sia venuto fuori di quattro carte: mi penso, che saranno due oneste Missioni congiunte insieme, ognuna delle quali era come un libretto di due lamine. Mi è stato scritto anche di là nell' istesso tempo,

stis, docent fuisse *M. Nonium Mucianum.*

Quam rara nostrorum temporum felicitas isthaec est, ut in apricum veniat non unum aut alterum monumentum, sed civitas. Admiratione rapimur, dum audimus, quod identidem effodiuntur e raro marmore columnæ, anaglypha opera, picturæ eximiæ, musiva insignia, statuæ multa copia magnæ & parvæ, e marmore, ex aere, quamvis aliqua in parte fractæ, & mancæ. Nuntiatum est mihi, inventum fuisse volumen aereum quatuor paginarum: puto, esse binas honestas missiones simul junctas, quarum quælibet, ut liberculus, duabus lamellis constabat. Scriptum quoque est ex eadem urbe eodem tempore, aliquos

quos esse, qui cupiunt me Neapoli adesse hac occasione. Sed ad quid ego, ubi Præsul Galianius, Canonicus Mazochius, Canonicus Pratillius, P. Hannibal Marchesius, D. Scipio de Christophoro, & alii non pauci, qui mihi noti non sunt, habentur, & versantur? Audio etiam, doctum Præsulem ad hunc ipsum finem accersitum fuisse. Antiqua cimelia in pretio habenda, ferunt, jamdudum inde prodiisse, vel dum fortuito putei effoderentur, sive tali spe dum terra egereretur. Notum est Neapoli, sæculo XV. non defuisse, qui hac de causa terram effodiendam curarent. Nunc vero Genii multo superiores, & jussa valde sublimiora inspirant, & promovent hanc disquisitionem.

come c' è chi mi desidera in tal occasione a Napoli. Ma qual bisogno c' è mai di me, dove si trova un Monsignor Galiani, un Canonico Mazzocchi, un Canonico Pratilli, un Padre Annibale Marchesi, un D. Scipione di Cristoforo, e più altri senza dubbio, che a mia notizia non sono. Sento ancora, che un dotto Prelato sia già stato chiamato a questo fine. Anticaglie pregevoli mi dicono, che altre volte di là sien venute fuori, o accidentalmente cavando pozzi, o con tale speranza fondando in terra. E' noto in Napoli, che non mancò chi facesse scavare a questo fine fin nel secolo del 1400. *Ma ora Genj troppo superiori, e comandi troppo più sublimi inspirano, e promuovono tal ricerca.*

Desiderabile sopra tutto è, che si risolvano a lavorar per disopra, levando, e trasportando quel monte di cenere, e d' altra materia, che il Vesuvio gettò sopra l' antica Città. Grand' impresa è questa, ma piccola per un Re potente, e dotato d' eroico spirito, come il presente è. Il disfare le rustiche case del sovrapposto villaggio di Resina, rifacendole in altro sito, m' assicurano sia faccenda di non poche migliaja di scudi. Non è cotesta l' antica villa di Retina, ch' era presso Miseno, di là da quel seno di mare. In questo modo la spenta Città si farà rinascere, e dopo mille e settecent' anni rivedere il Sole. Con questo molte e molte cose per gli usi della vita, per l' archi-

Optandum illud omnino est, ut desuper fiant egestiones, auferentes, & transvehentes cinereum illum montem, sive ex alia materia, quem Vesevus supra Civitatem ejectavit. Magnum hoc facinus est, sed potenti Regi parvum, qui heroico præditus sit animo, uti is qui regnat, est. Disjicere rusticas casas superpositi Pagi Resinatis, easque aliorsum exstruere, ajunt esse immensi impendii. Haud isthaec est antiqua Villa Retinæ, prope Misenum sita, trans illum maris sinum [1]. Hoc modo fiet, ut extincta Civitas iterum nascatur, & post mille annos supra septingentos iterum solem adspiciat. Ita multa, ac multa quidem ad vitæ usus, ad Architectonicen, ad artes, ad eruditio-

(a) *Vide quæ inferius observantur de vero Retinæ situ.*

tionem amplificandam discemus, quæ in libris frustra queruntur. Maximo regionis beneficio Neapolim tota petet, & confluet Europa erudita; quia nil jucundius, nil gratius cogitare posset, quam suis oculis videre mansiones, Basilicas, Templa Romanorum adeo famigeratorum. Multum effodietur, quod integrum erit atque intactum; nam terræmotus, qui civitates concutiunt, nunquam omnia ædificia evertunt; quin immo de hac præcipue scribit Seneca, qui tunc vivebat, *Herculanensis Oppidi pars ruit.* Qu. Nat. l. 6. c. 1. Summa, totaque desertio ejus, non ex terræmotus, quo quassata, sed ex mirificis Vesevi eructationibus, quibus obruta est, ortum habuit. Eruta hoc modo paullatim per

tet tura, per le arti, per l' erudizione impareremo, che ne' libri si ricercano in vano. Con grandissimo benefizio del paese correrà a Napoli tutta l' Europa erudita, perchè non potrebbe immaginarsi il più bel piacere, che di veder con gli occhi le abitazioni, le basiliche, i Tempj de' tanto rinomati Romani. Molto si scoprirà d' intero, e d' intatto, perchè i tremuoti, che crollano le Città, non fanno mai precipitar gli edifizj tutti, anzi di questa singolarmente scrive Seneca, che allor vivea, Herculanensis Oppidi Pars ruit. Qu. Nat. l. 6. c. 1. *Il totale abbandono di essa non dal tremuoto, che l' affliſſe, ma nacque dalle prodigiose eruzioni del Vesuvio, che la copersero. Discoprendo a parte a parte in questa maniera, chi può' dire*

quanto preziosi, e quanto desiderati monumenti forse si rinverrebbero nelle stanze, e ne' gabinetti? Procedendo alla cieca per cunicoli, e per angusti condotti, molto avverrà di guastare, e molto converrà distruggere, ne si potrà veder mai fabrica nobile intera, ne prospetti, ne saper dove e come collocassero le tante statue, e gli altri ornamenti: perche poco sito potendosi sempre aver vacuo, e convenendo per lo più riempier nuovamente di mano in mano, si tornerà a seppellire, e ad occultar come prima tutto il murato. Sarà anche forza di far molte cose in pezzi, per levarle dal sito loro, e trasportarle. Così è avvenuto delle pareti dipinte, molti pezzi delle quali sono per altro stati segati, e portati fuori con molta in-

singulas partes humo; quis narrare poteſt quam pretioſa & deſiderabilia monumenta forſitan in ædibus, & conclavibus invenirentur! Si ſine prudentia per cuniculos, & anguſtos aditus procedatur, continget multa peſſumdari, multa neceſſe erit evertere, nec unquam integrum aliquod ædificium ſpectari poterit, neque proſpectus, neque ſciemus ubi, & quomodo tot ſtatuæ, & cetera ornamenta poſita eſſent: nam quum parum loci relinquatur vacuum, quod iterum atque iterum novis adgeſtionibus ſit cumulandum, rurſum quidquid exſtructum erat ſepelietur, & occultabitur. Neceſſe quoque erit multa in partes redigere, & fruſta, ut e ſuis ſedibus dimoveantur, & alio transferantur. Id ipſum accidit pictis

pictis parietibus, quorum multæ partes dissectæ sunt, ac multæ cum industria extractæ. Crypta quædam rotunda, circa quam per gyrum multæ veluti tribunæ excavatæ erant, in singulis positæ erant Urnæ cinerariæ titulis scriptæ; sed educi minime potuerunt ob incredibilem magnitudinem. Jam etiam in hemicyclum Theatri offenderunt, atque ea in parte qua terra adgesta egeri potuit, inventum est optime conservatum. Triginta tres gradus habet, justa mensura altos, & latos. [1] Aditus, qui ducunt ad vomitoria, pulcherrimis marmoribus tecti sunt. Sed ad videndam multa cum voluptate symmetriam, & ad intelligendam cum Scenæ, tum Proscenii formam, pro qua tanta in obscuritate adhuc la-

dustria. Una cantina rotonda con molti incavi attorno, avea in ciascuno una urna di terra con parole, ma non si son potute estrarre se non a pezzi per l' incredibil grandezza. Hanno dato già nel semicerchio del Teatro, dalla parte del quale, che si è potuta sbrattar dalla terra, si è conosciuto conservatissimo. Ha 33. gradini, alti e larghi a giusta proporzione. Gli aditi, che conducono a vomitorj, son coperti di marmi bellissimi. Ma per goderne la simmetria, e per comprender la forma della Scena, e del Proscenio, di che siamo tanto all' oscuro, converrebbe vedere il tutto al lume scoperto del Cielo, e non qualche parte solamente a forza di fiaccole, e di lucerne, e di torce. Poco lontano era un portico

(1) *Vide quæ inferius adnotantur.*

con venti colonne, distanti dieci palmi l' una dall' altra, sgombrando, e lasciando tutto a suo luogo, la Città tutta sarebbe incomparabile, e inenarrabil Museo.

boramus, opus esset id omne conspicere bono cæli lumine fulgente; non vero partem aliquam sola facum, lucernarum, & funalium ope. Non longe aderat porticus viginti subsulta columnis, quæ inter se palmis decem distabant: evacuatis spatiis, quidquid exstat suis in locis relicto, tota Civitas incomparabile, atque inenarrabile esset Museum:

Per dirle alcuna cosa delle rarità finora estratte, e collocate nel Real Palagio di Portici, già che tanto l' ha invaghita l' amico, cui fece veder le mie lettere, le dirò, che entrando si presenta prima la statua equestre di Nonio Balbo. Sei statue togate son nel Teatrino. Diciannove in una stanza, sette delle quali di bronzo, tutte al naturale fuorchè una colossesca. Varj mosaici ne'

Ut aliquid dicam tibi de rarioribus antiquis monumentis ad hoc tempus eductis, conlocatisque in regio Palatio, cui a Porticibus nomen est, quandoquidem te tam curiosum effecit amicus, cui patuerunt meæ epistolæ; narrabo, quod ingredientibus primum occurrit Nonii Balbi equestris statua. Sex statuæ togatæ in parvulo ibidem Theatro locatæ sunt. Decem &

no-

novem in manſione quadam ſpectantur, inter quas ſeptem aheneæ ſunt, omnes ad naturalem magnitudinem, una excepta quæ coloſſea eſt. Varia in pavimentis muſiva opera, ingentia porphyretica fragmenta, alia e marmore viridi, alia Africana, alia Aegyptia, Duo cubicula plena ſunt Inſcriptionibus, vaſculis, lucernis, multiſque veterum inſtrumentis. Duæ columnæ ſuperbæ magnificentiæ, concha ex muſivo opere optime conſervata, & alia pretioſis marmorum cruſtis loricata. In amplo lapide prolixior Nominum nomenclatura, cujus ſcriptura permiſſum non eſt ut exciperetur, quemadmodum etiam locupletiorum Inſcriptionum. Parva figura nuda ex aere equo inſidet, manu haſtam gerens. Per-

pavimenti, pezzi di porfido, di Verde, e d' altri marmi Affricani, ed Egizj. Due ſtanze d' iſcrizioni con vaſi, lucerne, ed altri arneſi. Due ſuperbe colonne, nicchia di moſaico conſervatiſſima, ed altra incroſtata di marmi finiſsimi. Lunga nomenclatura in ampia pietra, qual non fu permeſſo di traſcrivere, ſiccome d' altre lunghe iſcrizioni non fu. Picciola figura nuda di bronzo a cavallo, con lancia in mano. Baſſo rilevo bello, e ben conſervato, che rappreſenta Comici in azione. A deſtra uno in atto di fuggire, altro che lo trattiene: dall'altra parte due che ſi abbracciano: tutti e quattro con le ſolite maſchere di sformate bocche: indietro è veſtibolo con frontiſpizio, e due colonne Corintie.

pulchrum anaglyphum nulla in parte labefactatum, quod actores Comicos refert; a dextris quidam fugam meditatur, quem alius detinet; e regione duæ figuræ se mutuo amplectuntur: hi omnes personam gerunt, ore immaniter hianti: retrorsum est vestibulum cum fronte, & duabus hinc inde Corinthiis columnis.

Ma che dirò delle pitture? se ne son già scoperte tre stanze, e fra grandi, e piccoli saranno ben cento pezzi, tutti sopra muro; colori pur' ancora vivissimi. Vi si hanno facciate di case, e di edifizj. Ne' rabeschi, e nelle prospettive, non c' è grand' arte, ma nelle figure c' è da imparar molto e per l' arte, e per l' erudizione. C' è un Teseo nudo, grande al naturale, con mu-

Sed quid de Picturis dicam? Jam tria detecta sunt cubicula, sive conclavia, & tam parvis quam majoribus tabulis expensis, centenarium æquant facile numerum, omnes in parietinis; adhuc quam maxime vividis coloribus perennantes. Prospectus ædium; & ædificiorum exhibent. In phrygiis operibus, & in prospectivis haud multum artis est; sed in figuris mul-

(1) *Vide quæ alibi, & heic adnotata sunt.*

multum in arte & eruditione discendum. Spectatur Theseus toto corpore nudus, æqua hominis mensura, nervis venisque ad miraculum usque expressis : torvus obtutus, nigra barba & densa. Jacet ad ejus pedes interemtus Minotaurus : cadaver carnes exprimunt, sed palpabiles videntur : totum corpus humanum est, caput dumtaxat habet taurinum, atque ita esse debet. Hyginus Fab. 40. *Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana.* Thesei manum puerulus osculatur ; alius crus ejus amplectitur. Spectatur & Paridis judicium, historia Appii Claudii, & Virginiæ : complures tabulæ historiis ornatæ multis figuris : aræ, victimæ, Sacerdotes amicti longis vestibus & albis. Stupentium oculos

scoli e vene a maraviglia espresse ; guardatura torva, barba nera, e folta. Gli giace a' piedi il Minotauro ucciso con carni cadaveriche, ma che sembran palpabili : il corpo è tutto umano ; solamente il capo ha di toro, e così debb' essere : Igino nella Favola 40. Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. *A Teseo un bambino bacia la mano, ed altro gli abbraccia una gamba. V' è il giudizio di Paride, la Storia d' Appio Claudio, e Virginia ; più pezzi istoriati di molte figure con are, vittime, e sacerdoti in lunghe vesti, e bianche. Fa singolarmente stupire un Chirone, che insegna sonare ad Achille, perche la testa del vecchio è incomparabile, e le carni del fanciullo, che è tutto nudo, sembrano vive, e spiranti. Ma è so-*

è soverchio affaticarsi in descrivere , mentre mi penso che fra poco avremo tutto alla stampa ottimamente , e da chi abbia il gusto dell' antico , intagliato .

Quanto coraggio così belle cose non debbon fare , a intraprendere di scoprire la Città tutta , ed a fare il medesimo dell' altra ancora , poichè è noto , che non una , ma due son le Città sepolte . L' Imperador Marc' Aurelio , ove tocca nel suo quarto libro , ch' eran morte , per così dire , *anche molte Città* , ἵν' οὕτως εἴπω τεθνήκασιν , *ne*

tenet, avincit Chiron; qui Achillem ad musicam instituit ; nam senis caput est incomparabile; carnes vero pueri , qui toto corpore nudus est, vivae , & spirantes videntur . Sed supervacaneus est labor describendi, dum , opinor , quantocius hæc omnia impressis Tabulis optime expressa habebimus , eo curante , qui in rebus antiquis exprimendis exquisitioris sit gustus .

Quantam hæc tam speciosa alacritatem ingerere debent , ut tota hæc Civitas ingentibus ausis in apricum ponatur , atque ad id ipsum de alia adgrediendum ; siquidem exploratum est, non unam tantum , sed duas esse sepultas civitates . Imperator Cæsar Marcus Aurelius , ubi innuit in quarto suo libro , quod *erant mortuæ , ut ita dicam* , etiam

tiam multæ Civitates, ἵν οὕτως εἴπω, τεθνήκασιν, pro exemplo memorat Herculanium, & Pompejos. Perperam a pleriſque Herculanium cum Heraclea confunditur, quæ ad Tarentinum ſinum poſita erat, cujus protuli Graecam uberrimam Inſcriptionem in tertio mearum obſervationum volumine. Ptolemæus, qui Marci Aurelii eodem tempore vivebat, non meminit harumce duarum civitatum; quare videretur, tunc temporis amplius non exſtitiſſe. Nihilominus Martianus meminit tanquam exiſtentium, & cernitur *Herclanium* in Tabula Peutingeriana. Utcumque ſit: quod illa, circa quam hodie egeſtiones fiunt, ſit Herculanium (quamvis ſcriptum ad me fuerit, quod id a pluribus doctis in dubi-

dà per eſempio Ercolano e Pompei. Ercolano malamente da tanti vien confuſo con Eraclea, ch' era al ſeno di Taranto, e di cui diedi fuori Iſcrizion Greca ampliſſima nel tomo terzo delle Oſſervazioni. Tolomeo, che viſſe nell' iſteſſo tempo di Marc' Aurelio, non nomina queſte due Città; onde parrebbe, che allora non ci foſſer più. Tuttavia Marziano ne fa menzione come di eſiſtenti, e ſi vede Herclanium *nella Peutingeriana. Comunque ſia: che quella, intorno alla quale or ſi lavora, ſia Ercolano, benchè mi ſia ſtato ſcritto, che ciò da più dotti vien rivocato in dubbio, parmi indubitato; non ſolamente per l' iſcrizione di Nonio Balbo, ma perchè Strabone dopo Napoli mette Ercolano, e dopo Ercolano Pompei, e con l' iſteſs'*

ſteſs' ordine regiſtrano queſte tre Città Plinio, e Floro, onde ſi ricava, ch'Ercolano era fra l'una e l' altra, e per conſeguenza, che Pompeja reſtava, dov' è al preſente Torre del Greco.

Di Ercolano dice quivi il Geografo, che avea Caſtello, benchè ciò non appaja nella verſione Latina: ἔχόμενον δὲ φρούριον. *Ma tronca ogni dubbio il primo, che di tal Città menzion faceſſe, cioè Dionigi d' Alicarnaſſo, il quale trattando d'Ercole nel libro primo, così parla:* Piccola Città fabbricò denotum revocatur) mihi indubitatum videtur, non tantum propter Nonii Balbi inſcriptionem; ſed etiam quia Strabo poſt Neapolim ponit Herculaneum, poſt Herculaneum Pompejos; eodemque ordine haſce tres civitates recenſent Plinius, & Florus; quapropter hinc colligitur Herculanium ſitum fuiſſe inter vtramque, ideoque Pompeii manebant; ubi nunc eſt la *Torre del Greco*.

De Herculaneo memorat heic Geographus, quod oppidum habebat, etſi id non appareat in verſione Latina: ἔχόμενον δὲ φρούριον. Sed omnem dirimit dubitationem primus, qui hujuſce civitatis mentionem fecerit, ideſt Dionyſius Halicarnaſſeus, qui de Hercule agens libro primo, ita inquit; *Parvam urbem*

bem a se denominatam ædificavit, ubi stationem habebat classis sua: eadem usque adhuc a Romanis incolitur, sita in medio inter Neapolim, & Pompejos, quum maris sinus habeat tutos omni tempore. Pompeja (uti Halicarnasseus, & Strabo pronunciant) major erat civitas: Solinus, & Servius Herculei opus volunt; sed puto æquivocationi obnoxios. Quidquid sit, Herculaneum, ut paullo ante monebam, dicta est πολύχνη. Vetus Historicus, a Nonio Marcellino citatus, *in Fluvius*, appellat *Oppidum parvis mœnibus*. Altera e contrario ita a Seneca cum honore describitur: *Pompejos, celebrem Campaniæ Urbem.* Qu. Nat. l. 6. c. 1. Adfirmat Strabo quod per Sarni fauces, flumen quod prætersluit, reddebatur portus,

minata da lui, dove la sua navale armata facea soggiorno: la medesima è pur' ancora da' Romani abitata, posta in mezzo fra Napoli, e Pompeja avendo seni di mare in ogni tempo sicuri. *Pompeja [come l' Alicarnasseo, e Strabone pronunziano] era maggior Città. Solino, e Servio la vogliono fattura d' Ercole, ma credo equivocassero. Checchè sia di ciò, Ercolano, come accennai pur' ora, fu detta* πολύχνη. *Antico Storico, citato da Nonio Marcello in* Fluvius, *la chiama* Oppidum parvis mœnibus. *L' altra all' incontro così si onora da Seneca*: Pompejos, celebrem Campaniæ Urbem. Qu. Nat. l. 6. c. 1. *Afferma Strabone, che per la foce del Sarno, fiume che le scorreva appresso, si rendea porto, e sca-*

e ſcala di mercanzie a più Città.

Ora ſe tanto ſi è già ritrovato nella minore, con ſolamente operar ſotterraneamente, e all' oſcuro; quanto più poſſiamo ſperar di ſcoprire nella maggiore, e più celebrata Città? Il terremoto, che ſotto i Conſoli Regolo e Rufo, l' anno Criſtiano 64. la ſconvolſe, non l' abiſsò tutta. Tacito: motu terræ celebre Campaniæ Oppidum Pompeji magna ex parte proruit. Annal. l. 15. n. 22. *La ricoperſe bensì d' immenſa quantità di cenere, e di pomice, e di pezzi di pietra abbruciata l' orribile ſcoppiamento del Veſuvio, che avvenne imperando Tito, e nel quale morì Plinio, che in tal' occaſione da Miſeno, e da Retina ſi portò coraggioſamente a Stabia, poco da Pompej diſtante.*

& aditus mercium ad alias multas Civitates.

Igitur ſi tot ac tanta in minore inventa ſunt, locato dumtaxat in ſubterraneis opere, & in abditis & obſcuris, quanto majora ſperare poſſumus eruenda in majore Urbe, ac celebriore? Terræmotus, qui Regulo & Rufo Conſulibus anno aeræ Chriſtianæ LXIV. eam diruit, totam minime obruit. Tacitus: *motu terræ celebre Campaniæ Oppidum Pompeii magna ex parte proruit. Annal. l. 15. n. 22.* Contexit quidem immenſa cineris, pumicum, & lapideorum fruſtorum copia horribili ſua eructatione Veſevus, quod accidit Tito imperante, quo obiit Plinius, qui tali occaſione a Miſeno & Retina Stabias alacri animo petiit, quæ parum a Pompeiis diſtant. Dionis

nis Epitomator in Libro LXVI. poſt reliqua mala ex eo incendio, & *inſuper*, *inquit*, *etiam duæ integræ civitates*, *Herculaneum*, & *Pompeii*, *Sedente in Theatro populo*, *obrutæ ſunt*: καὶ προσέτι καὶ πόλεις δύο ὅλας, τό τε Ηρκυλάνεον, καὶ τοὺς Ποµπήιους, ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁµιλοῦ αυτῆς καθηµένους, κατέχωσε. Sequitur narrans, cinerem perveniſſe uſque in Africam, & in Syriam, & Romæ Solem obſcuratum fuiſſe. Facile eſt, rem aliquantulum magnificaſſe; nec plane credibile eſt, tantum exitium, tanquam ſubitum fulmen, intercœpiſſe populum in Theatro. Veſevi ejectàtiones ſubſecutis variis temporibus, eo magis contumularunt duas miſerrimas Civitates, & ſupra eas colles extulerunt.

Sed quid te, A.R.Pater, tam diu moror in

Il compendiator di Dione nel libro 66., *dopo altri mali di quell' incendio*, e di più, *dice*, anche due intere Città, Erculaneo, e Pompej; mentre ſedeva il popolo di eſſa in Teatro, ſommerſe: καὶ προσέτι καὶ πόλεις δύο ὅλας, τό τε Ηρκυλάνεον, καὶ τοὺς Ποµπήιους, ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁµιλοῦ αυτῆς καθηµένους, κατέχωσε. *Segue narrando*, *che la cenere arrivò fino in Affrica*, *e in Siria*, *e che in Roma oſcurò il Sole*. *Può eſſere*, *che ingrandiſſe alquanto*, *e non è per certo credibile*, *che tanto male*, *quaſi ſubitaneo fulmine*, *coglieſſe il popolo nel Teatro*. *I getti in varie età ſuſſeguiti*, *ſeppellirono poi tanto più le due miſere Città*, *e ſopra eſſe innalzaron colli*.

Ma che vo io trattenendo così a lungo V. P. M.R.

M. R. in materie, che non ſervono a Lei ſe non di ſvario, e divertimento ? occupata ſempre nell' ottima edizione di S. Tommaſo, della quale ho già incominciato a far mia delizia. Nella preſente inondazione di ſtampe inutili, ſommo biſogno c' era di queſta. Le previe dottiſsime ammonizioni, e la forma comoda, e le citazioni in carattere diverſo, rendono la ſua edizione ſommamente cara. Con che divotamente mi confermo.

rebus, quæ tibi nil aliud ſunt quam diverticula, & oblectamenta ? adſiduus ſemper quum ſis in optima Operum S. Thomæ editione, quam meas jam cœpi delicias facere. In hac, quæ hodie viget inutilium editionum adluvione, ſumma hujus operis urgebat neceſſitas. Prævia doctiſſimæ admonitiones, forma percommoda, citationes diverſo charactere expreſſæ, tuam editionem gratiorem faciunt. Quare ſum tibi dicatiſſimus.

VIRO CLARISSIMO, ET ERUDITISSIMO

MARCHIONI

SCIPIONI MAPHEJO

JACOBUS BELGRADIUS SOC. JESU

EPISTOLA SECUNDA.

EPiſtolam primam altera excipit, argumento ſane alio, a ſtudiis meis non prorſus alieno, tuis vero maxime conſentaneo. Quum autumno proxime ſuperiore maximam Italiæ partem peragraſſem, Neapolim veni, urbem cœli hauſtu ſaluberrimam; lucis aſpectu, ac ſitu amœniſſimam, populi frequentia, rerum copia, Regum præſentia beatiſſimam, muſarum ſedem, præſtantiſſimis antiquitatis monumentis refertiſſimam. Commodum accidit, ut meus adventus in ea tempora inciderit, quibus urbs antiquiſſima, quam Herculanium docti plurimi fuiſſe perhibent, a vehementiſſimo telluris motu primum olim concuſſa, paullo poſt a Veſevi igne, ac cinere penitus obruta, tandem poſt XVII. ferme ſecula Regis Caroli Borbonii juſſu, & imperio opulentiſſimas ſui reliquias in apricum protulerat, & Neapolitanam Regiam præclariſſimis antiquitatis monumentis ditaverat. Nihil vero mihi proinde longius fuit, quam ſimul ac Regios Conjuges in ſuburbanis ædibus conveniſſem; in veteris Herculanii ſedem

ingredi, & in intimos receſſus, & ſubterraneos ſpecus arte, & opera apertos deſcendere. Quid ibi animadverterim, quid ab amicis fando exceperim, quid de hac urbe veteres auctores ſcripſerint, breviſſime, niſi gravate feras, ediſſeram, ſi qua autem aut minus vera, aut minus hiſtoria digna tibi afferam, ea graviſſimo judicio tuo penitus ſubjicio; nec aliter unquam de rebus meis ſentiam, ac tu vir ſapientiſſimus judicaveris.

Herculanium, antiquiſſimum oppidum, ad Montis Veſevi radices inter Neapolim, atque Pompejos proximas urbes ſitam, ad oram uſque maritimam porrectum, Africo ſuaviſſime afflatum, auctores [1] plures deſcribunt. Tabula Auguſtana apud Cellarium [2] undecim mille paſſus Neapoli ipſum abeſſe refert, quod a vero maxime abhorret. Regia enim Villa, *Portici*, a Rege Carolo Borbonio recens extructa ſex circiter mille paſſus Neapoli diſtat, inter vero illam, & Herculanii reliquias quingenti non amplius paſſus interſunt. Ne ii quidem ſcriptores, qui Turrim octavam hoc eſt, *Torre del Greco*, ab Herculanii ſede minime dirimunt, non ultra octo mille paſſus Neapoli diſſitum judicaverunt. De hujus oppidi parente non ſatis conſtat, & multa poeticis decora fabulis, ut uſuvenit in rebus a memoria noſtra remotiſſimis, afferuntur. Dionyſius

(1) *Strabonis, Geogr. lib.* v. *Cluverius introd. ad Geogr. lib.* II. *Plinii Hiſt. natur. lib.* III. *Pomp. Mel. lib.* II. *cap.* IV. *Martianus cap. lib.* VI. *Dionyſ. Halicarn. lib.* I.

(2) *Chriſtophori Cellarii Geogr. antiq. lib.* II. *cap.* IX.

nysius Halicarnasseus [1], & Martianus Capella [2] Herculi conditori ipsum tribuunt. Quum enim Hercules ex Hispania redux, ac victor huc appulisset, decimam prædæ partem diis obtulit, & exiguum oppidum, quod ab auctore nomen, ac famam duxit, in eo situ condidit, ubi olim portus ejus classem victricem exceperat. Verum non desunt [3] qui hujus oppidi exordium Herculi [4] adscriptum non satis probant, & temere fictum existimant. Ceterum inter antiqua ejus rudera non modo marmorei, sed etiam picti Hercules plures inventi sunt, qui Herculanensium in Herculem religionem, & cultum publicis monumentis quodammodo consignatum testantur. Neque vero magis certa afferunt, qui [5] Herculanii originem ab Etruscis conditoribus repetunt. Unum nobis ex Strabone [6] duntaxat constat, hanc urbem Oscos tenuisse, mox vero Etruscos, Pelasgos, atque Samnites, qui etiam ex hisce finibus cedere coacti sunt. De urbis amplitudine, atque opibus judicium accurate ferre adhuc nobis non licet. Non ingens sane inter mare, Vesevum, atque Pompejos tractus, qui Herculanium quodammodo circumscribere visi sunt, late ipsum patere non finit, & multo celebriorem urbem finitimos

(1) *Lib.* I. (2) *Lib.* VI.

(3) *Thesaurus Antiquit. Ital. Tom.* IX. *Pars II. Dissert.* II. *Camilli Peregrini.*

(4) *Herculis in Italiam adventus incidit in annum ante æram vulgarem* 1242. *& ante excidium Trojæ* 58. *juxta Petavium de doctr. Temp. Tom.* III.

(5) *Camilli Peregr. de Campania felice Dissert.* II.

(6) *Strab. Geogr. lib.* V.

timos Pompejos habitos, quam Herculanium argumentis haud levibus constat. Seneca [1] enimvero Pompejos, & Herculanium oratione simul conjungens, alteram celebrem Campaniæ urbem, alteram vero oppidum unice vocat. A Dionysio [2] exiguum oppidum dicitur, nisi velis exordia urbis, quæ etiam magnarum exigua esse solent, interpretari, non vero incrementa, quæ ab eodem auctore reticentur. Cur Hannibal [3] cupidus oppidi maritimi potiundi ad mare proxime Neapolim citius, quam Herculanium venerit, vel oppidi tenuitas, vel portus angustia classi alendæ, vel recipiendæ incommodi in causa forsitan fuit. [4] Captum fuit a Minatio Magio, & Tito Didio [5] bello Italico, paullo ante quam Sulla cum eodem Minatio Pompejos oppugnaret. Verbis ipsis Velleii Paterculi, quam aliis uti malui, quoniam ex iis minus operis, ac laboris in Herculanio capiendo, quam in Pompeiis oppugnandis a Romanis fuisse collatum conjicere saltem licet. Marmorea Epigraphe multis abhinc annis inventa, a Grutero [6], & a Julio Cæsare Capacio edita Neapoli prope D. Antonii ædem conspicua Herculanium ad Romanorum coloniam pertinuisse nos docet. Quatenus universa Provincia, cui Proconsul

(1) *Senecæ Quæst. natur. lib.* VI.

(2) *Dionysii Italic. lib.* I. (3) *T. Livii lib.* IX. *dec.*

(4) *C. Vell. Paterc. Hist. lib.* II.

(5) *M. T. Cic. sæpe in Orat. de lege Agr. præcipuas Campaniæ urbes commemorans, semper* Pompejos, *nunquam* Herculanium *recitat.*

(6) *Inscript. Jani Gruteri pag.* 43. *num.* 6. *Julii Cæsaris Capacii Antiquit. & Histor. Camp. Fel.*

consul cum imperio, ut ex aliis monumentis constat præerat, pateret, etsi nonnulli definire velint, non satis liquet.[1]

L. MVNATIO. CONCESSIANO. V. P. PATRONO
COLONIAE. PRO. MERITIS EIVS. ERGA. CIVES
MVNIFICA. LARGITATE. OLIM. HONOREM. DEVITUM
PRAESTANTISSIMO. VIRO. PRAESENS. TEMPVS
EXEGIT. QVO. ETIAM. MVNATI. CONCESSIANI
FILI. SVI. DEMARCHIA. CVMVLATIORE. SVMPTV
LIBERALITATIS. ABVNDANTIAM. VNIVERSIS
EXIBVIT. CIVIBVS. OB. QVAE. TESTIMONIA
AMORIS SINCERISSIMI. REG. PRIMARIA
SPLENDIDISSIMA. HERCVLANENSIVM. PATRONO
MIRABILI. STATVAM. PONENDAM. DECREVIT

Duplex acerbissimus casus Herculanio exitum intulit, & vastitatem. Alter anno a Christo nato LXIII.[2] L. Verginio[3] Rufo, & C. Memmio Regulo Coss. contigit, qui oppidi partem obruit, alter vero a Christo nato LXXIX. ab urbe condita DCCCII. sub autumni exitum idem oppidum penitus delevit, ac perdidit: illum ingens Terræ motus attulit, hunc vero Vesevi incendium saxis, cinere, & teterrima flamma longe lateque debacchantis. Terræ motus magis Pompeiis, quam Herculanio fatalis. Nam, ut ait Seneca,[4] Pompeii concussi desederunt, oppidi vero *Herculanensis pars ruit, dubieque stant etiam quæ relicta sunt*. Quum vero a primo casu anni circiter XV. intercessissent, Vesevi incendium in universam Campaniam longe lateque sæviit, &

(1) *Ab Herculanio usque ad Promontorium Minervæ.*
(2) *Noris. Epist. Consul. Pag. num. 891. Edit. Veron.*
(3) *In Inscription. Cruteri num. 3. legit.* Verginio.
(4) *Seneca Quæst. nat. lib. VI.*

duas urbes saxis, ac cinere, populo in Theatro sedente, miserrime obruit. *Postremo* [1] *tantus fuit cinis, ut inde pervenerit in Africam, Syriam, & Ægyptum, introieritque Romam, ejusque aerem compleverit*, & Plinium seniorem junioris avunculum, qui [2], cinere ingruente, Miseni classem imperio regebat, & Stabias, ac Retinam ad amicos juvandos contenderat, funestissime oppresserit. Temere [3] nonnulli Herculanii excidium in tertium Titi imperii annum rejiciunt, quum revera primo contigerit. Titi imperium, ex quo principatum solus obtinuit, tribus annis diuturnius non fuit: anno, qui juxta [4] Dionem Herculanii casum consecutus est, Titus ad visendam calamitatem in Campaniam profectus est: anno vero, qui hunc excepit, Flavio, & Pollione Cos. in iisdem aquis, in quibus Pater obierat, e vivis decessit. Quare necessario Herculanii casus ad annum ejus imperii primum revocandus est: aliter enim inter ipsum, & Titi funus pauci dies, nedum menses intercessissent, quibus Tito nec Campaniam visere, nec calamitosos juvare licuisset. Duo sunt, quæ rem ad vivum resecantibus minus veritati consentanea visa sunt: Alterum ad Theatrum, alterum ad populi in Theatro conventum in tanto urbis periculo, & acerbissimo luctu pertinet. Quum paucis antea annis Pom-

(1) *Dion. Rer. Rom. Titus.*
(2) *C. Plin. epist.* XVI. XX. *lib.* VI.
(3) *Cedrenus. Istoria naturale del Vesuvio di Gaspare Paragallo.*
(4) *Dion. Tit. Joannes Masson in Vita Plinii junioris.*

Pompeji desedissent, vero simillimum putant, etiam ipsorum Theatrum intercidisse, nec cives de reficiendis suis sedibus sollicitos ad Theatri instaurationem tam brevi animos, & cogitationem convertisse. Illud quoque minus fide dignum, minitante Vesevo urbis excidium, sibi fuga cives non consuluisse, scenæque spectaculum, & fabulam communi saluti ante tulisse. Qui ita sentiunt, nimis presse, & severe historicam scriptorum narrationem interpretantur, nec satis intelligunt, multa aliquando reticeri, vel quia non constant, vel quia facile a sanis rerum æstimatoribus deducuntur. Tametsi Pompeji ex Terræ motu desederint, non proinde putandum est omnes urbis ædes funditus periisse, præsertim vero eas, quæ mole sua quodammodo stant, & substructione ipsa satis sese fulciunt, atque contra omnes impetus sese sustentant, cujusmodi theatra lapidea sunt. Vestigia veterum Theatrorum, quæ adhuc extant, satis demonstrant, quam solida, ac firma ipsorum campages esset, resolvi, ut ita dicam, nescia, & contra omnem casum satis tuta. Quod si Theatrum ipsum Pompejorum ex terræ motu penitus interiisse nonnulli maluerint, cur non licuit intra xv. annos idem [1] instaurare, vel condere, sicuti urbem ipsam ejus cives instauraverunt? Quum enim Pompeji, qui ante xv. annos conciderant, ex Vesevi incendio iterum interierint, necesse fuit eosdem intra propositum spatium fuisse refectos, ac restitutos. Populus thea-

(1) *Histoire des Empereurs par* M. *Tillemont Tom.* 2.

tralibus ludis maxime gaudet, & eorum desiderium diutius ferre nescit. Duo, ait Juvenalis [1], Populus Romanus anxius optat, *panem*, & *Circenses*. Licet vero autumem, initium periculi, ac flammæ e Vesevo erumpentis in ea tempora incidisse, quibus populus in theatro sedebat, non idcirco in eodem loco collectos flamma, & saxorum impetus reipsa oppressit. Vesevi incendium diuturnum fuit, periculum vero gradatim crevit, & dedisset fugæ locum, si vel minus late patuisset, vel homines scirent mature metuere, & patriæ obliviscì, dum vitæ consulere meditantur. *Primum* [2] *præcesserat per multos dies tremor terræ, sed minus formidolosus habitus, quia Campaniæ solitus: mox invaluit ita, ut non modo moveri omnia sed verti crederentur. Nubes ex Vesevo exorta inusitata magnitudine, & specie interdum candida visa est, interdum sordida, & maculosa, prout terram, cineremve sustulerat.* Retinæ incolæ Herculanio proximi imminenti periculo exterriti. Stabiis Pomponianus aufugerat, & licet periculum crescret, fugæ locum tamen concesserat. Omnia ibi trepida, antequam cinis cives cum urbibus contumulasset. Quare alienum a vero puto, eo dementiæ Pompejanos, & Herculanenses venisse, ut sui securi intra Theatri septa commune excidium exciperent. In Theatro Herculanensi nulla, quod sciam, ossium humanorum vestigia, extra vero Theatrum pauca admodum hactenus inventa sunt. Compages ossium ferme inte-

(1) *Juven. Sat. X. 80.* (2) *Dionis Titus.*

integra ſub domus Herculanenſis ſcalis patuit figuram virilem præſeferens, & manu crumenam geſtans numiſmatum ferme plenam. Alio illam aſportare non licuit. Oſſa enim vel leviſſime contrectata in minima fruſta, ſeu elementa illico reſolvi cœpta. Ceterum Veſevi incendium multis mortalibus necem attulit, quod argumentis haud levibus conſtat. [1] *Titus ad Campanos miſit duos viros Conſulares, qui colonias eo deducerent; iiſque grandem pecuniam dedit, atque eam potiſſimum, quam reliquiſſent ii, qui ſine hæredibus mortui eſſent.* Quæ fuerit animorum trepidatio, quî luctus, & ululatus feminarum, quæ rerum omnium converſio, ex Plinio [2] diſces. Ajunt in Herculanii ruderibus nonnullas epulas in ipſis ſartaginibus, ac patellis inventas, nec non laganos, & paſtillos in cinerem ferme converſos, conſtante tamen figura, & forma, quæ ſatis documento ſunt, Herculanenſes, ingruente ſub cœnæ tempus periculo, vitæ potius quam cœnæ memores omnia flammis abſumenda reliquiſſe.

Utrum Theatrum ad Herculanium unice, vel ad Pompejos, vel ad utramque urbem pertineret, non conſtat. Herculanii ſane Theatrum, quod adhuc ferme extat ex antiquis ruderibus erutum, inerat. Utrum vero etiam Pompejis Theatrum eſſet, norit fortaſſe poſteritas, ſi in apricum Pompejos proferat, ſicuti ætas noſtra protulit Herculanium. Jam a ſeculo XVI. teſte Ca-

(1) C. *Plin. Epiſt.* xx, *lib.* vi.
(2) *Plinii Epiſt.* xx. *lib.* vi.

Capacio [1] aliqua ejus rudera agricolis ſolum fodientibus patuerant : in his inventæ concamerationes, pavimenta, parietes marmore tecti, & epigraphæ multæ, quarum aliæ Herculanium coloniam, & demarchiam fuiſſe docent, aliæ in ea urbe Scholam, & Chalcidicum fuiſſe ſuadent, aliæ vero ad ponderum vitia, ad ludorum munera, ad municipii jura pertinent: annis vero conſequentibus alia monumenta erui cœpta, præſertim vero ſeculo XVIII. ineunte. Quum enim anno VI. ejuſdem ſeculi Elbovii Dominus, ſeu Toparcha Neapolim nuptiarum cauſſa veniſſet, & Villam in ea Herculanii parte, quæ vulgo dicitur *Granatiello*, conſtruere inſtituiſſet; operis aquam quærentibus vetus neſcio quæ concameratio, ſeu fornix occurrit. Quo fracto, ſtatuæ multæ ibidem inventæ, & alio clanculum, abductæ. Recens hujus rei fama Carolum II. Borbonium Regem imprimis movit ad rem caſu inchoatam conſilio, ac ſtudio proſequendam, opuſque ſeptem circiter abhinc annis Rege tanto dignum ſuſceptum omnium eruditorum animos ad ſe convertit.

Simul ac ego Regiam Villam, *Portici*, luſtravi, Retinam acceſſi, ubi aditus patet Herculanium ſub terra quærentibus. Errant fortaſſe qui putant, non Herculanii, ſed unice veteris Retinæ ſedem, atque reliquias hactenus fuiſſe inventas, quia ſcilicet ſupra hujuſmodi urbis inventa veſtigia pagus, qui vulgo *Reſina* dicitur; ad-

(1) *Antiquit. & Hiſtor. Campaniæ Julii Cæſ. Capacii c.* IX.

adhuc extat. Licet enim Retinæ, & Resinæ nomina satis affinia sint, non proinde vetus Retina in eadem sede, & vestigio ac recens hæsisse dicenda est.

Nam Retinam Villam, non urbem Plinius junior vocat, neque præter ipsum ex veteribus quemquam novi, qui ejus meminerit. Monumenta vero, quæ in dies eruuntur, sedem urbis non ignobilis quodammodo demonstrant, atque definiunt. Epigraphæ vero, & tituli, qui Herculanium præseferunt, urbem circumscribunt, & vix ullum dubitationi esse locum sinunt. Vetus Retina cum Herculanio fortasse intercidit. Erant enim ambo non minus mœnibus, quam periculo contiguæ. Opinantur nonnulli, Retinæ nomen ante Herculis in Italiam adventum maritimæ Herculanii oræ fuisse inditum: Herculanio vero condito, idem Retinæ nomen, cui vulgus jampridem assueverat, ora eadem maritima prorsus retinuit. Verum *Villæ* nomen a Plinio Retinæ additum aliquid ab Herculanii oppido distinctum fuisse quodammodo suadet.

Herculanium 70. circiter pedes infra Retinæ solum obrutum jacet, nec ipsum nisi per subterraneos, & angustos ductus, ac veluti anfractus opere, & manu exstructos ferme cœcos adire licet. Cœpi itaque, pluribus viam facibus illustrantibus, descendere, & si qua occurrerent, diligenter animadvertere. Obtulerunt sese pilæ lateritiæ solo non mediocriter inclinatæ, parietes opere tectorio strati, rubro colore circumliti,

ti, admodum nitidi lucentibus ſimiles, perinde ac ſi recens color inductus eſſet. Conſuetudinem parietes minio inducendi Vitruvius [1] memorat, eamque ut nimis ſumtuoſam diſertiſſimis verbis reprehendit. Obtulerunt etiam ſeſe pavimenta plura opere muſivo, ſeu teſſellato conſtructa: conſtabant pleraque ex cubis minimis marmoreis albis ac nigris artificio, & forma non ineleganti invicem permixtis, & coagmentatis. His ſimilia nuper Brixilli vidi, quum juſſu Liechteſtenii, qui exercitui Auſtriaco ſupremus Imperator in Italia præerat, ager effoderetur, ubi antea coloni non levia antiquitatis monumenta detexerant. Alia hic Parmæ recens inventa coram me ſunt, quum ad jacienda novi templi D. Rocho ſacri fundamenta foſſæ ducerentur, niſi quod Herculanenſia diligentiore cura confecta videbantur. Cur tandiu integra ſteterint, mirari deſii, ſimul ac ſubjectam ruderationem ex calce, & ſaxo contuſo fartam animadverti. Satis enim vis ineſt ad ætatem etiam diuturnam perferendam. Quum hæc, & alia ſimilia progrediendo obſervarem, ecce mihi theatri antiqui forma, ac pulcherrima ſpecies objecit ſeſe, atque animos, oculoſque in ſui admirationem pertraxit. Retulerunt mihi, qui operi intererant, antequam integra moles pateret, amphitheatrum ex graduum ordine, atque diſpoſitione a pluribus fuiſſe habitum. Verum patefacta integra conſtructio, & epigraphe marmore inſcripta locum errori ſuſtulit. Sedilia in-

(1) *Vitruvii lib.* VII. *cap.* V.

integra XXI. reperta sunt, nec non gradus, per quos ascenditur, cuneis interjecti extabant incolumes. Vtraque marmore Tiburtino, vel ei simillimo constant. Quum imprudens non advertissem, utrum præcinctiones, seu balthei sedilia in tres veluti ordines dispescerent, absens amicum consului; qui de re universa faceret me certiorem. Rescripsit mihi præcinctiones adesse, easque, & podii gradus marmore multiplici versicolore esse coagmentatos. Quod ubi excepi, venit in mentem mihi quod scripseras in egregio tuo de *Amphitheatris* [1] libro. Refers enim præcinctiones ex lucentibus, & sumtuosis lapidibus fieri aliquando solitas, sicuti Calpurnii locus a te allatus rem ipsam describit, atque confirmat. Arcus, quibus gradus, & sedilia nituntur, opus lateritium præseferunt accurate tectum calce saturo, ac perfuso coloribus nigro, & rubro admodum nitidis, & lucentibus. Arcus isti ad porticum pertinent, quæ Theatrum exterius ambit. Sub hisce arcubus sepultæ jacebant statuæ marmoreæ plures de quibus infra in epistola consequente. Hisce proximus arcus princeps, atque epistylium ex casu forsitan fractus exhibuit sese. In eo subjecta epigraphe corrupta, & manca legitur.

A.MAMMI.. RVFVS. IIVIR. QVIN.FEAR.ORCI
DE. SVO.....

prope quam plura fragmenta, quæ ad statuam equestrem æneam alibi inventam perficiundam de-

(1) *March. Scip. Maphæi de Amphitr.*

desiderabantur occurrerunt . Versus intimam ejusdem arcus frontem eadem epigraphe in ingenti epistylio admodum fracto præsto est .

L.ANNIVS. L.F. MAMMIANVS.RVFVS. IIVIR.QVINQ.
THEATR. O.....

aliud ejusdem epigraphes exemplar allatum fuit ,

L. ANNIVS. L. F. MAMMIANVS. RVFVS IIVIR.
QVINQ. THEATRO.... NVMISIVS P. F.
ARO. .... HERCVLANEN. .....

Ab aliis extrema epigraphes pars ita refertur ,

NVMISIVS. P. F.
ARCHITECT.

Mos erat titulos hujusmodi in aversis frontibus insculpere , ut non modo Theatrum ingredientibus , sed etiam egredientibus legendi copia præberetur . Fortasse etiam frontium similitudini consulebant , ut operi & ornatui harmonia quædam , & evvythimia perpetuo constaret . Nihil miror , cur ex epigraphe mutila , & fracta multiplex lectionis ratio redundaverit . Alii aliter fragmenta nectunt , & literas truncas & exesas afferunt , ac describunt , prout ei sententiæ , & interpretationi congruunt , quam sibi quisque re non adhuc mature discussa , facile sibi animo fingit ac format . Tria sane sunt , quæ ex hujusmodi epigraphe tametsi mutila certo deduci puto , scilicet Herculanii sedem , ejus Theatrum , & viri nomen , qui de suo Theatrum condidit , vel refecit . Reliqua ad opinionem potius , quam ad scientiam pertinent , nec fortasse satis inter se con-

convenient interpretes . Literæ ORCI . . . . . tametſi mutilum vocabulum exhibent , non obſcure tamen *orcheſtram* nobis quodammodo nuntiant . Nota I , literæ H , fractæ videtur pars eſſe . Fortaſſe verba ; quæ deſunt ſupplenda , vel *reſtituit* , vel *refecit* , vel , ſi lubet , *fecit* . Similes formulæ paſſim occurrunt veteres inſcriptiones legentibus : Ecce epigraphe Reineſiana [1] apud Mazzochium .

THEATRVM.ET. PROSCENIVM.
REFECERE. LVDIS. SCENICIS.

Duumvirum [2] in pleriſque civitatibus præcipue dignitas erat : initio magiſtratus annuus , ſicuti ædilitas , cenſura , & quæſtura . Verum , labente Republica , ſub Imperatoribus cœpit ad annos quinque produci. Plures inſcriptiones apud Gruterum [3] & alios docent . Sub ipſos Theatri gradus latebant columnæ plures , & ſtatuæ duæ magnæ molis æneæ : Altera erat togata virum conſularem referens , altera vero feminam primariam exhibet . Prope ipſas marmorei titulī plures fracti , & fortaſſe eorum fruſta non ſatis apte commiſſa puto : afferam nonnulla , & hiantia .

L. ANNIO. L. F. MEN.
IIVIR. ITERVM. QVIN. -

M. CALATORIOI. . . .
MEN. RVFO. FRAI. . . . . .

In

(1) *Reineſ.* 2. *n.* 89. *Mazzochius in Camp. Amphit. Tit.*
(2) *Tab. Canuſiana cap.* XIX.
(3) *Grut.* MLXXX. *n.* CC. *p.* CCCLI. 4.

In epistylio vero ferme exeso, & fracto verba hæc supererant

.....VIR. EPVLONVM.

Lucius Annius Lucii filius, qui iterum duumvir quinquennalis creatus legitur, idem fortasse fuit, atque ille quem superiores Inscriptiones memorant, licet nonnulla dissentiant, vel lapidis corrupti vitio, vel inscitia eorum, qui diligenter singula non descripserint.

Extat alia [1] inscriptio jamdiu eruta, in qua Memmiorum Ruforum merita commemorantur. Iis enim Chalcidicum, & scholæ, & alia in usum Herculanensium instituta, & constructa tribuuntur. Supplere reliqua, quæ superiori inscriptioni desunt, non est in promtu.

Nisi forte eadem epigraphe sit, quam inventam circa hujus seculi initium ibidem accipio, [2] scilicet

APPIVS.PVLCHER. C.F. COS. IMP.VII. EPVLONVM.

Appius Pulcher consulatum gessit cum C. Norbano Flacco, & in fastis capitolinis dicitur C. F. Appii nepos. Eumdem fuisse ajunt, cui plures literas M. T. Cic. dedit, & ex proconsulari Ciliciæ provincia decedens eumdem hunc Appium sibi suffectum reliquit.

In eadem verba desinit similis epigraphe. [3]

CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL.

VII. VIR. EPVLONVM.

Fra-

(1) *Antiquit. in Hist. Campaniæ Julii Cæs. Capacii cap.* IX.
(2) *Giornale de' Letterati d' Italia Tom.* V.
(3) *Inscript. Jani Gruteri pag.* 185. *n.* 1.

Fragmenta coronidum, epistyliorum, columnarum, quæ operis solum fodientibus occurrerunt, innumera prope sunt, & pleraque corinthiacis architectonicis modulis constant. Nonnulli lapides scite coloribus picti non inficetam sui speciem oculis exhibent. Solebant Romani lapidem pingere. Nam maculosum variumque placebat. Quod si tale natura non procreaverat, ars perficiebat [1]. Quare duo genera musivi operis in usu erant. Alterum crustis marmoreis coagmentatum, alterum vero maculas alieno marmori insertas præseferebat. *Pauper sibi* [2] *videtur, ac sordidus, nisi Alexandrina marmora crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa, & in picturæ modum variata circumlatio prætexitur*. Musiva hujusmodi opera, quæ Herculanii extant, admodum vulgaria sunt præ iis potissimum, quæ Romæ in Vaticano recens construi cœpta sunt. His in hujusmodi genere æquale, aut simile nihil a veteribus jactari posse facile existimo. Tabulas a præstantissimis auctoribus pictas ita graphice imitantur, ut coloribus a Raphaele illitas esse crederes. Lapillis invicem coagmentatis, quos ars unice genuit, & coloribus invicem permixtis imbuit, singula constant. Non modo colores principes; sed etiam singuli, qui iisdem gradatim interjecti sunt, & seriem infinitam, quodammodo constituunt, exhibentur: lapilli vero apte dispositi & colorati eadem munia præstant, quæ colores ab optimis pictoribus inducti tabulis.

(1) *Plinii Hist. nat. lib.* XXXV. (2) *Seneca Epist.* VIII.

Redeo e diverticulo in viam, hoc est ad ea, quæ propius ad ipsum Theatrum pertinent. Extimus ejus ambitus 290. pedibus, interior vero ad scenam usque productus 230. pedibus æqualis est: extima ejus latitudo pedes 160. interior vero 150. porrigitur; area scenæ 372. circiter pedes lata, frons vero 30. alta. Hemicycli formam Theatrum refert, cujusmodi latinis, & græcis in usu fuit. Nec scenam, nec ea, quæ ipsam circumstant, mihi spectare licuit. Pleraque enim, quæ paullo antea arte patuerant, terra ingesta iterum obstruxerat. Quum enim supra Herculanium recens Retina condita sit, ne cui casui pateat, cryptæ subjectæ, asportatis plerisque veteribus monumentis, obstrui materia ingesta solent, & quantum materiæ in singulos dies operæ exhauriunt, tantumdem diebus consequentibus ingerunt. Idem Theatro contigit. Relictis gradibus, & aliis contiguis partibus integris, & conspicuis, cetera aut alio translata, aut iterum obruta. Quare aut famam, & eruditorum fidem, qui operi interfuerant, sequi mihi necesse est, aut nihil scribere oportuit. Hemicyclus theatralis in ædificium figura rectangulum in tres partes distributum desinere visum fuit; pars intermedia duabus reliquis mole, ornatu, & dignitate præstantior: frons aliquanto reductior architectura, & ratione dorica constat. ad proscenii officium, & usum fortasse constructa. Tribus valvis patet in scenam aditus, media, scilicet regia, & duabus minoribus utrinque ad-

adjunctis. Quoniam scena minus quam par est, evehitur; verosimillimum est, supra rationem doricam alteram jonicam, & corinthiam ligneam superjectam, quemadmodum in aliis Theatris fieri usuvenit. Id suadent trabes plures & asseres sub scena, & alibi in superiore molis fastigio inventæ, quæ licet semiustæ pristinam tamen formam retinent, ut ex ipsa earum usus, & munus non modo conjici, sed certo deduci possit. Partes reliquæ ædificii duæ tantum in latum singulæ provehuntur, quantum hemicycli theatralis amplitudo; sive crassities a tertio gradu usque ad perimetrum protenditur. Porticibus perpetuis ambitus hemicycli cingitur, quibus aditus in ipsum Theatrum patet. Triplex contignationis ordo inæqualiter amplus subjectis porticibus nititur, & circumstantibus parietibus, quibus intimi Theatri gradus incumbunt, penitus nectitur: contignationes singulæ ambulationibus constant, quæ ad ipsos gradus spectatores deducunt. Summa quæ septem summis gradibus omnino respondet, reliquis ornatior est, & cultior, superne tecta, mulieribus scilicet addicta sedes, ne soli, vel imbri pateant. Quæsivere nonnulli, utrum Theatri hujus forma latina esset, an græca. Multa utrisque communia erant: ea præsertim, quæ ad gradus, porticus, & hemicyclum integrum pertinebant, ferme convenire solita. Græcis mos erat vasa ærea pro magnitudine Theatri [1] ita

(1) *Vitruvii lib.* v. *cap.* v. *dans les memoires de l'Acad. des Inscript. differt. du M. Boindin sur la forme de l'ancien Theatre.*

cudere, ut quum tangerentur certos ſonos ederent, qui certis humanæ vocis ſonis penitus reſponderent. Vaſa iſta in cellis inter Theatri ſedes conditis rite diſpoſita vocem a ſcena uti a centro profuſam ſe circum agentem excipiebant, a qua percuſſa, & icta actorum vocem magis intenderent, & concentu convenientem ſibi harmoniam excitarent. Conſuetudinem hanc multæ Italiæ urbes adſcivere, architectique ſolertes, qui in oppidis non magnis Theatra conſtituerunt, æreis vaſis propter inopiam fictilia dolia eadem ratiocinatione compoſita ſuffecerunt. In Herculanenſi Theatro nullum, quod ſciam, nec æreum, nec fictile vas inventum: fortaſſe vaſorum hujuſmodi uſus in ipſo neceſſarius non fuit.

Puta enim maximam ſcenæ partem fuiſſe ligneam, aſſeribus ſcilicet, trabibuſque contextam voci reflectendæ opportuniſſimis; Supplebant ipſæ vaſorum vices in Theatro præſertim haud ampliſſimo. Cauſſa, cur Vitruvii ætate nullus in Theatris Romæ conſtructis eſſet vaſorum uſus, ea ſcilicet eſt, quia quum lignea eſſent, ac proinde ſatis ſonantia, vaſorum miniſterio vocis ſonus non indigebat. Præterea Theatra ipſa lapidea ſæpe ſine hujuſmodi doliis, ac vaſis ſatis ſonora fuiſſe accepimus. In Theatri Saguntini [1] veſtigiis nec vaſa, nec cellarum Vitruvianarum locus, ſed omnia ſolida, & plena inventa ſunt. Ipſa opportunitas loci, rupeſque circum ſatis cur-

(1) *De Theatro Saguntin. dia. F. Joſ. Minian. in Tom. v. Suppl. in Theſ. Antiq. Græc. & Lat.*

curvæ, & sonoræ vocem ad imorum, & summorum aures integram, & plenam deferebant. In ipsa etiam Theatri figura, & constructione aliquid momenti inesse existimo ad vocem remittendam. Qua de re hactenus. Cetera quæ Theatrum græcum a latino distinguere consueverant, non extant; ac proinde quæstioni dirimendæ principia potissima desunt, nec ab auctoribus, qui minus perspicue de universa Theatri utrinque ratione disseruerunt, peti possunt.

Quum octoginta circiter ultra Theatrum passus productum a fossoribus opus esset, triplex ædificium sese objecit. Duo minora contigua sunt, & e regione maximi sita, viaque porticibus tecta illis, & huic intercepta facilem aditum promiscue, & commune velut vestibulum singulis efficit. Ædificium princeps figura quadrata oblonga constat, porticibus interius septum, cujus arcus, & fornices columnæ striatæ sulciunt; area media sub dio penitus est, duosque circiter pedes infra porticus solum deprimitur. Ejus ichnographia parallelogrammum penitus exhibet, 228. pedes circiter longum, 132 plus minus latum. Frontem ejus parastatæ quatuor affabre constructæ in æquales partes partiuntur; & dividunt. Ante singulas statuam equestrem Herculanenses erexerant. Duarum ænearum vestigia inventa ac fragmenta admodum comminuta. Ex reliquis vero duabus marmoreis altera

D 3 su-

(2) *De antiquis Galliæ Theatris epist. March. Scip. Maffeii ad Bernard. Zendrinum.*

ſupereſt ferme integra, & diligenter refecta, quæ M. Balbum Proc. refert, de qua infra in epiſtola conſequente. Valvæ quinque in eadem fronte conſtructæ, tres in aream, duæ vero in porticus aditum præbent. Porticus columnis marmoreis 42. nituntur, quarum 17. dexterum, totidem vero lævum latus, octo vero imam, & adverſam fronti partem ornant, ac muniunt. Columnis ſingulis dimidiatæ ex adverſo reſpondent mediis paraſtatis interceptæ, & applicitæ: intra ipſarum intervalla aheneas ſtatuas, & marmoreas alternis architectus diſtribuerat, quarum alias vetuſtas perdidit, alias rerum antiquarum cupiditas multis abhinc annis clanculum amoverat, & ſuſtulerat: nonnullæ tamen, quæ adhuc ſupererant, inventæ. Tituli etiam plures admodum mutili. Nonnullos afferam.

VICIARIAE. A. F. ARCHAD
MATRI. BALBI
D. D
M. NONIO. M. F. BALBO. PATRI
D. D
IMP. T. VESP.....
CAESAR. AV.....
TRIB. P. COS.....

Fortaſſe hanc epigraphem in baſi ſtatuæ eidem Imperatori erectæ inſculptam puto. Licet tempus non conſtet, veroſimillimum eſt, id incidiſſe in annum ultimum ejuſdem Imperatoris, ſcilicet paullo ante quam vita decederet: Veſpaſianus Tribunitiam poteſtatem, quam epigraphe ex-

exprimit, fero, ut ait Suetonius [1], recepit. In Campaniam venerat consulatu suo nono, ubi motiunculis levibus tentari cœpit. In ejus adventu fortasse honores etiam ab Herculanensibus eidem decreti. Certiora afferre fortasse liceret, si reliqua epigraphes pars superstes esset. Tabulæ etiam tres marmoreæ albæ admodum fractæ ibidem delitescebant. In his extat nomenclatura quadringentorum circiter hominum, quorum plerique liberti sunt coloniarum tribubus adscripti, quæ VENERIA, & CONCORDIA dicebantur. Bigæ etiam aheneæ fragmenta in apricum prolata. Rotæ penitus integræ, equi affabre, & scite conflati: ephippia opere anaglypho satis exquisito insculpta. In his victorias aligeras videre licet, & barbararum gentium, quas bellum domuit, simulacra: alia etiam ludicra efficta spectacula repræsentantur. Præter aream, & porticus, quæ ædificium hujusmodi præcipue constituunt, tria etiam velut conclavia ad idem pertinent. Maximi area 24. pedibus quadratis constat, ejusque valvæ porticibus, quæ in imo sunt, mediæ quodammodo intercipiuntur: interior conclavis forma Templorum cellis simillima prorsus est: ejus solum tribus gradibus reliquo altius. In ejus imo marmorea oblonga basis inventa, trium statuarum sedes, quarum media Vespasianum Imp. exprimit, reliquæ vero duæ viros, qui in sella curuli sedent. Quum ambæ capite mutatæ sint, quos referant, ne conjicere

(1) *Suetonii lib.* VIII.

quidem licet. Reliqua duo conclavia aliquanto minora non ultra 18. pedes quadratos capiunt: eorum frontes contra porticus, quæ in ædificii lateribus sunt, nituntur, & 40. circiter pedes ex ejus vestibulo absunt, & quodammodo ex adverso sibi mutuo respondent. Nihil in ipsis animadversione, & memoria dignum inventum est. Directiones parietum, qui concurrendo angulos comprehendere solent, antequam in ima hujus ædificii parte concurrant, in duos hemicyclos sinuantur, ac desinunt: in singulorum area statua ahenea inventa; altera Neronem, altera Germanicum referre dicitur.

Causæ duæ me imprimis movent, cur hujusmodi molem juris publici, non privati fuisse judicem: scilicet monumenta publica in ipsa reperta, quæ nisi in publicis locis consueverant collocari; & ædificii forma, figura, ac magnitudo, cujusmodi in nullo privato lare deprehenduntur. Quærere superest cujus generis ædificium hoc publicum sit. Moles publicæ vel ad Templa, vel ad Theatra, vel ad curiam, & basilicam; vel ad chalcidicum, vel ad scholam, vel ad forum, nisi fallor, referebantur. Herculanii Chalcidicum, & scholam aliquando construxerant Memmi, ut ex epigraphe constat, quam superius commemoravimus. Quid esset Chalcidicum, unice a Vitruvio discimus, cujus locus adeo obscurus est, ut fere nihil extricent interpretes in eo explicando. Qui aliquid in hac re se scire putant, amplum ædificium describunt ju-

ri

ri dicundo idoneum prope Basilicas constructum, & in aream ingentem exporrectum. Aliquid certius de schola licet dicere. Liquet enim fuisse stationem quamdam litterarii ludi, in quam Philosophi, & reliquis doctrinis exculti homines convenire solerent, ut publicis disputationibus exercerentur. Inerant in ipsa porticus, ut Plinius docet [1]. Si Chalcidici, & scholæ notiones invicem conferantur, scholæ similem magis, quam Chalcidico molem propositam esse dixeris, & ipsa ædificii forma a scholæ ratione penitus non abest. Verum nonnulla sunt, quæ dubium & incertum animum efficere possint. Quoniam plerique auctores scholam, & palæstram promiscue accipiunt, eisdem schola constabit partibus, quas Palæstræ Vitruvius [2] tribuit. Verum in palæstra præter porticus satis amplas, in quibus exedræ constituebantur, plura alia membra inerant, ephæbeum scilicet, & coniserium, xystus, & phæristærium, balneum, & stadium, & alia similia, quæ ea ætate maxime increbuerant apud Græcos. Nam apud Latinos sub Augusto nondum in Latinis urbibus construi palæstra ceperat. Verum immigrante magis, ac magis in Italiam luxu, etiam palæstra locum habuit. Verosimillimum puto, græcam palæstram circa Neronis, vel Vespasiani imperium fuisse in urbem invectam substructionibus quidem minus sumtuosis, quam mox sub Antonino, & Diocletiano luxuria magistra docuit. Licet græcæ palæstræ mem-

(1) *Plin. Hist. nat. lib.* XXXV. (2) *Vitr. lib.* V. *cap.* XI.

membra Latini retinuerint, non idcirco tamen, idem ordo, eadem partium mensura, ac distributio constans apud ipsos perstitit, ut ex vestigiis quæ adhuc Romæ extant, conjicere aliquid nobis licet. Utut se res habeat, in ædificio Herculanensi plura sane membra desiderantur palæstræ adjuncta, Præterea conclavium, quæ supra descripsi, non ea est amplitudo, ac forma, ut propositis usibus apta videri possit. Nullum ibi monumentum repertum, quod palæstræ meminerit, Sectile ædificii pavimentum hoc est cubis albis, ac nigris coagmentatum minus palæstræ, & conisterio convenit. Neque vero Basilicam rectius ibi fuisse dixeris. Ea juxta Vitruvium erat fornicibus amplissimis tecta, foro proxima, negotiationibus apta. Duplex fastigio inerat dispositio, extima scilicet, & intima testitudini, quæ speciem sui satis venustam præseferre consueverat. Utrum hæc ad ædificium Herculanense supra descriptum pertineant, nemo non intelligit. Rectius sane, ut opinor sentiunt, qui fori judicialis sedem ibi constituunt.

Tria plerisque foris hujusmodi communia erant, area scilicet sub dio, porticus circa aream erectæ, & Templorum vicinia. *Forum* [1] *reipsa est hypætra, & subdialis area, ubi Judices*, cognoscebant. *Oborto nimbo, in porticus se recipiebant, ut in Theatro Vitruvius post scenam, porticus constituit, uti quum imbres repentini ludos interpellarent, haberet populus, quo se ex Thea-*

(1) *Hist. For. Rom. Franc. Pelletti.*

Theatro reciperet. Marcellus Octavia Augusti sorore genitus velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent. Etiam Athenis forum, ubi causſæ perorabantur, erat sub dio. Julii Cæsaris forum Pacis, & Veneris ædibus contiguum fuit. Augustus prope forum Martis Ultoris templum dedicaverat. Nerva vero Jani illustre templum ex humiliore delubro in forum transtulerat, ubi Palladi ædem Domitianus extruxerat, quam magna religione tanquam sibi secundam, & dexteram colere consueverat [2]. Fori vero porticus statuis, & signis præstantissimis exornabantur. Julius Cæsar [2] statuam equestrem loricatam sibi poni in foro jusserat, quemadmodum mox Augustus statuas omnium ducum Romanorum triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicaverat: Plura, & majora his a Trajano in suum forum collata ornamenta refert Ammianus Marcellinus [3]. Universa hæc, & singula apprime recte Herculanensi ædificio congruunt. Nemo sane hactenus fori judicialis descriptionem accuratam, & exactam dedit. Quare hanc cum illa conferre nobis non licet. Forum a Vitruvio descriptum ad alios usus pertinet, nec locum hic habet. Si quid Herculanense a Romanis differat, nihil moror. Licet fori forma, & ratio sit ab architectis, & usu præscripta; non proinde tamen, ita severos ejus

(1) *Julii Minutoli dissert.* VII. *de ædificiis Judicialibus.*
(2) *Sueton. in vita Jul. Cæs. & Aug.*
(3) *Ammiani Marcellini Histor.*

ejus canones fuisse puto, ut ne latum quidem unguem ab ipsis discedere licuerit. In multis architecti ipsi dissentiunt. Multa ipsis ædificiorum domini præcipiunt a consuetudine, & instituto aliena. Demum singulæ gentes, ætates, urbes, ingenia modulis utuntur suis, & semper aliquid novi varia hominum, & architectorum studia afferunt & inveniunt. Ex foro Herculanensi egressos via fornicibus tecta ad duo templa e regione sita deducit. Alterum 150. pedes in longum, 60. vero in latum, alterum vero longe minus 60. pedes in longum, 42. in latum porrigitur. Utriusque ichnographia figura quadrata constat. Imam alterius partem ultra quadratum productam cella interior tenet, & ara in medio consurgit. Per ostia duo aditus in templum patet. Prope parietem utrique ostio interceptum ingens basis marmorea 12. circiter pedes ampla inventa, ubi bigæ aheneæ superius fragmenta jacebant. Alteram ædem ingressis paries superne apertus objicitur, unde Dei statua conspicitur, ejusque ara; præter quam aliæ duæ occurrunt prope ædis limen interius constructæ, ubi verosimiliter sacrificia, & libamina fieri consueverant. Intra vero ædis antepagmenta, & parietes in longum porrectos duo velut sacraria satis parva continentur, ubi vasa sacra, tripodes, & alia sacrificiis opportuna collocabantur. Utrumque templum fornicibus tectum: interni parietes columnis distincti, intra quas simulacra udo tectorio picta, & tabulæ mar-

marmoreæ parieti applicitæ. In his nomina eorum inſculpta, qui magiſtratum gerentes ædi dedicandæ præfuerant. Etiam eorum nomenclatura in iiſdem tabulis extat, qui ære collato ædem vel condiderant, vel reſtituerant.

Quam alta hujuſmodi templa fuerint, nemo, quod ſciam, dimenſus eſt. Liceret tamen reliquis menſuris notis, hanc quoque invenire, ſi certam, & germanam legem architecti definiviſſent altitudinum deducendarum. Hi quum geometricis rationibus, & principiis plerumque careant, ſolent quædam uſu, & conſuetudine trita præcepta minus firma, & certa addiſcere, & adhibere. Certis ſtatiſque rationibus evvithimiam conſtare, ſenſu & natura judice, & magiſtra nemo non videt. Etiam indocti, & imperiti hujus generis errores facile ſentiunt, & eorum oculi maxime offenduntur. Tria rationum genera geometræ diſtinguere ſoliti ſunt. Altera geometrica, altera arithmetica, tertia demum harmonica dicitur. Neutra earum in ædificiorum evvithimia locum habet. Ejus uſus enim ad rem abſurdam, & abnormem facile nos deduceret. Si quis enim conſtituat, altitudinem eſſe lineam mediam geometricam interceptam duabus, quarum altera logitudinem, altera amplitudinem ædificii referat, indefinite creſcente longitudine etiam indefinite creſcere altitudinem neceſſe erit, quod vitioſiſſimum eſſet: ſi vero rationem arithmeticam geometricæ anteferres, in idem vitium penitus incideres. Quare ſupereſt

rest unice harmonicæ rationis usus, qui non modo vitio caret, sed etiam mirifice laudandus est. Nullum sane ædificium ab orbe condito perfectius, & absolutius quam Regis Salomonis Templum constructum fuisse existimo. A Deo enim auctore profecta ejus constructio: a Deo velut artifice, ac magistro ejus forma, figura, & magnitudo præscripta fuit. Invenio vero ita ejus altitudinem fuisse definitam, ut media harmonica esset inter longitudinem, & latitudinem intercepta. *Domus*[1] *autem, quam ædificabat Rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine.* Qui enim vel e limine rem geometricam salutarunt, imprimis norunt, eam rationis harmonicæ principem esse legem ut 60. 30. 30. 20. 60. 20. seu 30. 10. 60. 20. Quare si longitudo conclavis sit 3. latitudo 1. altitudinis præscribenda mensura erit $1+\frac{1}{3}$ non vero $1+\frac{1}{2}$, ut Blondellus[2] monet.

Lex hujusmodi fortasse locum non habet, ubi ædium area columnis distinguitur, & in plures partes a pilis, vel parastatis distribuitur. Plura non subjicio, ne a proposito longius abeam.

Præter tria hæc ædificia plures privatæ domus, egestis ruderibus, inventæ, quarum architectura, & constructio nihil nisi vulgare, & commune præsefert. Plurimi parietes rubro colore picti aviculas, arbores, & alia hujus generis ludicra ostentant. Leges extant tabulis aheneis

(1) *Reg. lib.* III. *cap.* VI. *n.* 2. (2) *Cour d' Archit. p.* 3.

neis inſcriptæ de tectis ſarciendis jamdiu inventæ. Viæ magnis lapidibus & apte commiſſis munitæ, & ſtratæ marginibus utrimque aggeris inſtar ſeptæ, ut liberum peditibus iter eſſet, paſſim occurrunt. Margines his ſimillimos in Appia via prope Anxur adhuc extare animadverti. Plura adjicerem, ſi plura de hiſce ædificiis mihi conſtarent. Nam monumenta hujuſmodi *oderunt claves, & grata ſigilla pudico.*

VIRO CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO

MARCHIONI

SCIPIONI MAPHEJO

JACOBUS BELGRADIUS SOC. JESU.

EPISTOLA TERTIA.

PErgo ad te, V. C. adhuc ſcribere, quia pergunt adhuc regiæ operæ Herculanium, & nova ſubinde antiqu itatis monumenta in lucem proferre. Multa in hac epiſtola velut in ſatura congeram. Neque enim mihi per tempns licet ſingula in ſuas veluti claſſes diſtribuere, & criticis animadverſionibus penſitare, præſertim quum minus in hoc genere valeo: neque ea, quæ amici mihi retulerunt, ita accurate, & diſtincte deſcripta ſunt, ut rectum judicium poſſe pronun-

nuntiari videatur. Qualiacumque illa sunt, libens excipias velim, iisque utere, donec ampliora, atque castigatiora ab aliis ad te afferantur.

Quoniam statuæ principem sibi locum quodammodo vindicânt, ab iis incipiam. Aliæ aheneæ, aliæ marmoreæ sunt. Earum pleræque admodum mutilæ, & fractæ: in his vero plures ferme integræ, & incolumes. Ex illis duæ, altera Neronem, qui Jovis ultoris, seu fulguratoris instar manu fulmen præsefert, altera vero Germanicum exprimit; ambæ humanum statum excedunt: Sunt enim 9. circiter pedes altæ, & singulari artificio elaboratæ. Has tres excipiunt; virilis altera, muliebres duæ: eam ad Claudium Cæsarem pertinere eruditi interpretantur. Ajunt enim videri similem vultu iis, qui in numismatibus observantur. De muliebribus difficilior est conjectura. Altera ex his feminam primariam velatam exhibet, quam Liviam Augusti conjugem fuisse ajunt. Omitto alias plures admodum mutilas, & truncas, quarum instaurationem difficillimam puto. Minores plures integræ inventæ, quarum aliæ ad deos Penates, & Lares Herculanenses, aliæ ad alios divos pertinere videntur. Altera earum Mercurium referre dicitur. Is dextera manu crumenam pecuniæ plenam, læva vero craterem, supra quem testudo extat insculpta, tenet. σύμβολα hæc Mercurium pecuniæ dominum, & testudinis auctorem exprimunt. Licet plures Apollini testudinem tribuant, non desunt tamen, qui eamdem Mercurio

rio acceptam [1] referant, ut constat ex pluribus monumentis marmori, & gemmis insculptis. Eidem Testudini ferunt Mercurium [quod auctor Hymnorum, qui Homero tribuuntur, graphice describit] sive ea marina, sive terrestris fuerit, exsiccatis interaneis, sectos calamos transversim aptasse, deinde corium bubulum superinduxisse; additisque superne duobus brachiolis, sive cubitis [alii cornua silvestris capræ fuisse volunt] jugo impositio conjunxisse; septemque nervos illi adligasse, qui inferne in umbilico testæ altrinsecus revincti desinebant; ex quo Lucianus, & Philostratus aliique suas descriptiones ferme hausserunt. Apollodorus [2] non lyram solum, sed etiam plectrum invenisse Mercurium affirmat, eumdemque postea Apollini tradidisse, ut furatas ab eo boves reciperet. Nonnulli causam, cur ad Mercurium testudo pertineat, hanc subjiciunt. Testudo terrestris in singulos annos stata vice partim in terra delitescit, partim super ipsam repit, & conspiciendam se præbet; propterea Mercurio, qui superorum & inferorum deorum administer, & nuntius dicitur, eadem de causa veteres testudinem dedicarunt. In aliquibus signis Mercurius manu testudinem præfert, in aliis vero eamdem juxta pedes habet.

Ad marmoreas accedo. Immortalitate, & admiratione dignissima in primis equestris est, quam

(1) *Musei Flor. Stat. antiq. Gorii.*
(2) *Joannis Bapt. Donii Lyræ Barberinæ cap. 1.*

quam Rex Carolus in atrium villæ suæ regiæ transferri jussit, & ferrea quodammodo transenna septam prætorio militi servandam tradidit. Epigraphe in basi inscripta est hujusmodi.

M. NONIO. M. F. BALBO
P. R. PROC
HERCVLANENSES

Literis P. R. interpretationem multiplicem eruditi viri tribuunt, & magis divinationi, & conjecturæ, quam scientiæ locus est. Alii interpretantur PRIMARIAE REGIONIS, quia scilicet in alia epigraphe legitur PRIMARIA. REGIO. HERCVLANENSIVM. Alii putant significari, POPVLI. ROMANI. PROCONSVLIS. Cur ita sentiant, audiendi sunt. Scribunt Dion. [1] & [2] Strabo, & alii, Augustum in illo totius orbis imperio adumbratam quamdam popularem potestatem instituisse, provincias omnes divisisse, & eas, quæ pacatæ longe a Romanis finibus abessent, populo reliquisse, qui in eas Proconsules, & Proprætores mitteret. Non alienum a vero arbitrantur, Populum Romanum, quum hujusmodi proconsules in provincias mitteret, iisdem præscripsisse, ut Populi Rom. nomen, imperium, atque auctoritatem in ipsis etiam titulis, ac publicis monumentis præseferrent, ad jus in provincias partum contra posterorum vim, & injuriam tuendum, & conservandum. Utrum hæc Herculanensium provinciæ apprime recte conveniant, penes eos judicium

(1) *Dion. lib.* LIII. (2) *Strabo lib.* XVII. *Theophil. lib.* II.

Elogio Scritto nella Base della Statua Eguestre nella testata davanti.

M·NONIO · M · F
BALBO · PR · PRO · COS
HERCVLANENSES

Veduta delle due facce Laterali dell'insigne maravigliosa Statua Eguestre, cavata da un intero marmo, grande presso che al naturale, trovata l'anno 1739 negli Scavi fatti presso la Real Villa di Portici d' ordine del Re delle due Sicilie, collocata nel Loggiato di essa, dedicata dagli Ercolanesi a M. Nonio Balbo Pretore, e Proconsolo.

cium esto, qui recte norunt, an Herculanium procul a Romanis finibus situm jure dicendum sit. Non desunt, quibus hæc lectio arridet, PRIMARIAE REGIONIS PROCVRATORI. Ita vero homines isti ratiocinantur. Campaniæ Regio juxta partitionem ab Augusto habitam principem locum in Italia obtinuit. Campani, quorum arrogantia, atque ambitio a Tullio [1] intolerabilis dicitur, mutarunt fortasse nomen *prima* in *primaria*. Constat vero, ab Augusto Procuratorum munus primo institutum. Licet vero PROC. aliquando PROCONSVL sonet, hujusmodi tamen interpretationem minus hic opportunam opinantur. Neque enim copula harum vocum *Populi Romani Proconsul* in usu fuit. Antequam, quid ego sentiam, effero, velim animadvertas eruditos bene multos esse, qui ita hujusmodi epigraphes partem descripserint. PR. PROC. [2], seu PR. PRO. COS. præterea alia epigraphe ibidem inventa extat, antecedenti simillima.

M. NONIO. M. F. BALBO
PR. PRO. COS
D. D

Videntur sane ambæ ad eumdem Balbum pertinere, & ob eamdem, vel simillimam causam Statuæ, & publica alia monumenta eidem decreta. Non semper interpunctionum habenda ratio.

(1) *M. Tul. Cic. de lege Agrar. 2.*
(2) *Memorie di varia Erudizione della Società Colombaria Volume 1.*

Nam plures excidunt marmorariis, quas locus non exigit. Hiſce poſitis, ſiglis hujuſmodi nihil aliud intelligi exiſtimo, niſi PROVINCIAE. PROCONSVLEM. Voces eaſdem ferme ſimiliter copulatas invenio apud Urſatum [1] PROCONS PROV. NARB. M. NON. Balbum fuiſſe provinciæ proconſulem multa ſuadent. Statuæ ejus majeſtas, forma, atque habitus proconſularem dignitatem quodammodo ſpirant, atque exprimunt. Monumenta ejuſdem parentibus decreta non minus provinciæ benevolentiam, quam ſummum ejus imperium nobis ſignificant ac nuntiant. Quomodo ſe res habeat, judicio tuo ſapientiſſimo, Vir eruditiſſime, qui antiquitatem egregie calles, rem dubiam, & incertam penitus dirimendam relinquo, atque interim ad ſtatuæ exquiſito artificio elaboratæ deſcriptionem progredior.

Non minus eques, quam equus albo marmore inſculpti ſunt. Thorace Proconſul tectus eſt, ex lævo humero pendulum paludamentum gerit, annulum digito & præfert, & calceis indutus eſt, & tota perſona gravitatem Proconſularem exprimit. Etiam in equo omnia mira ſunt: venas, muſculos, tendines, quales natura format, arifex indidit. Bellicum ardorem, ingenitam vim, indolem generoſam, os, & univerſus corporis ſtatus, atque habitus ſpirant: altera auricula anterius converſa, & retorta, alia verſus equitem ſcite, & graphice pendens doctam artificis

(1) *Sertorius Urſatus de notis Romanorum.*

ficis manum prædicant. Non desunt, qui statuam hanc equestrem Capitolinæ M. Aurelii antetulerant, jure ne an injuria, litem hanc diriment eruditi. Sub ipsas regias scalas ejusdem domus statuam Imperatori Vitellio erectam poni Rex jussit, & veteri basi quæ interciderat, novam substitui. Cum veteri basi etiam epigraphe periit. Vitellium tamen eruditi conjiciunt ex oris lineamentis, atque habitu ei simillimo, quem numismata, & gemmæ referunt. Ejus thorax opere anaglypho satis nitido, & eleganti insculptus; calcei ipsi, & paludamentum artis, & leporis plurimum exhibent, nec quicquam sinunt in eo genere desiderari. His accedunt statuæ aliæ, in quibus insigniores eæ sunt, quæ Athalantam, Vespasianum, & L. Mammium Maximum repræsentant. Extat hujus epigraphe basi insculpta.

L. MAMMIO. MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES. ET. INCOLAE
AERE. CONLATO

Epigraphe hæc nihil novi nos docet. Nomina *municipum & incolarum* invicem juncta alibi legi[1] solent. Aliæ marmoreæ plures ad viros Consulares, & Balborum gentem pertinent. De duabus, quæ in sella curuli sedent, ceteroquin præstantissimis, judicium ferre non licet. Sunt enim, ut supra memini, capite truncæ. Statua equestris alteri M. N. Balbi proxima indiget instauratione, & fando audivi ejus partes mutilas

(1) *Sertorii Ursati de Notis Rom.*

nunc a præstanti statuario jussu Regis Caroli exacte suppleri. Præter statuas hermæ, protomæ, simulacra deorum plura ex ruderibus Herculanensibus eruta in regiis ædibus diligenter servantur: ceteris antecellunt protomæ Jovis Hammonis, Junonis, Palladis, Cereris, Jani Bifrontis, pueri nobilis cum bulla aurea e collo ante pectus pendula. Bullæ hujus figura est elliptica, pollicem latæ, seu altæ, & quatuor crassæ. Putarunt nonnulli [1] bullarum figuram esse sphæricam, vel instar humani cordis constructam. Verum non omnes fuere rotundæ, sed aliquæ etiam oblongæ, ut monet Schefferus [2]. Quidam scripserunt [3], etiam Satyrum, Larvas scenicas, & statuam Veneris ἀναδυομένης, seu e salo ortæ, ibidem inventas. Signa huic deæ sacra plurima adhuc extant, non modo marmori, & æri, sed etiam gemmis insculpta.

Præter signa, & statuas, numismata etiam, & gemmæ plures inerant Herculanii, ut multis cimeliis ditandis satis esse possent. Licet numismata pleraque adhuc inventa ferme vulgaria sint, non desunt tamen nonnulla observatione digna, & ab eruditis minime negligenda. Pleraque ad Claudium, ad Neronem, ad Galbam, ad Vespasianum pertinent. Non est omittendum numisma æneum magni moduli, in cujus antica parte caput Neronis cernitur, cujus titulus est, NERO. CLAV-

(1) *Miscell. erud. Antiq. Sponii.*

(2) *Schefferus de torquibus cap.* v.

(3) *Notizie curiose intorno allo scoprimento della Città d' Ercolanio.*

CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Pars ejus poſtica refert virum ſedentem a pube ad pedes velatum : dextera manus oſtentat arculam : læva vero temonem tenet : coram ipſo mulier ſtans exhibens cornu copiæ : ANNONA . AVGVSTI. CERES. S. C. Non diſſimilis admodum extat nummus apud Mediobarbum [1] , & alios : titulus omnino idem : in poſtica parte Fortunæ ſtantis , & Cereris ſedentis typus cum tæda , & roſtro navis . Plures præſto ſunt nummi ; qui Vitellium , & Veſpaſianum exhibent . Judææ captæ typum refert mulier ſub palma ſedens dolentis inſtar expreſſa , ſicuti alia numiſmata in aliis ſimilia vulgaria referunt . Etſi Herculanium ante Domitiani imperium ceciderit , nonnulla tamen numiſmata ſub Domitiano excuſa ibibem reperta ſunt , quod admirationem non mediocrem pluribus attulit . Verum animadvertant velim hujuſmodi homines , horum pleraque referri ad Domitianum conſulem , nondum Auguſtum : ſi qua vero ipſum Auguſtum nobis exhibent , ea quidem ſatis pauca ſunt , & fortaſſe Herculanium ab iis delata , qui præerant inſtaurando . Satis enim conſtat , Titum ſerio cogitaſſe de urbibus , ex Veſevi incendio abſumptis reficiendis . Verum fato cedens rem tanto Imperatore dignam infectam relinquere coactus eſt . Fortaſſe ipſe etiam Domitianus aliquandiu eidem operi inſtitit , donec rem difficillimam , & maxime ſumtuoſam ,

(1) *Numiſm. Imp. Rom. Mediobarbi.*

nec a se cœptam abrumpere operæ pretium duxerit. Neque illud conjectura caret, non ita Herculanium intercidisse, ut nullum vetus ædificium superstes extiterit, in quo veluti in veteres sedes coloni aliqui coirent, unde mox migrare alius Vesevi ignis compulerit. Scriptores præcipuos rerum eventus narrant, minus de iis solliciti, quæ utpote minus splendida, & præclara minus irritant animos, & afficiunt. Plura non persequor. In tanta enim antiquitate, & scriptorum silentio rem extricare despero. Illud sane certum fixumque sit, & ex Domitiani nummis ibi inventis etiam confirmatum, ultra scilicet ejus imperium Herculanium non stetisse.

Ad numismata accedunt monumenta plura usibus sacris apta, cujusmodi sunt, tripodes, cultri victimarii, asciæ, pateræ, aræ, cippi, tabellæ votivæ, & his similia: alia fictilia, alia ærea, alia marmorea, nonnulla etiam vitrea, in quibus ampullæ, & vasa lacrymatoria. Lucernæ etiam plures inventæ Veneri sacræ. Herculanium erat una ex sedibus, seu urbibus cariſſimis Veneri ob sana eidem sacra.

Hic est pampineis viridis modo Vesvius umbris:
Presserat hic madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga, quam Nysæ colles, plus Bacchus amavit.
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris sedes, Lacedæmone gratior illi:
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.

Cuncta

Cuncta jacent flammis, & triſti merſa favilla:
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi. [1]

Aliquæ ex hiſce lucernis formam minus honeſtam, & pudicis oculis ſubducendam præſeferunt. Spintrias enim figuræ exhibent, & mutilos, quorum plures viri eruditiſſimi [2] meminerunt. Infandum ſane auſum in ipſa fana & ad ipſas deorum aras vitium, & turpitudinem palam inferre. Fortaſſe ſtatua Veneris, quam ſupra memoravimus, ad ejus templum pertinebat. Audio etiam, ampullas cryſtallinas ibidem inventas materia denſa, ac ſolida plenas olim liquida, cujuſmodi ægyptium balſamum fuit, quo cadavera inungerentur. Præter vaſa ſacra, innumera alia, quæ in civilibus uſibus locum habent, patuerunt; quorum ſingula memorare ſi velim, *ante diem ſero componet veſper olympo*: nonnulla tamen attingam ne nimis jejunus videar.

Aridorum, & liquorum menſuræ, & vaſa anſis, ſeu manubriis inſtructa ex ruderibus eruta: harum nonnulla ſignis, & figuris anaglyphis eleganter excuſa ſunt. Liber aheneus totus in lucem editus: chartas ſupplent laminæ aheneæ quattuor, in quibus inciſa legitur honeſta miſſio militaris: fibulis aheneis ſcite appoſitis liber clauditur, qui penes Regem eſt. Tabulæ marmoreæ plures, quarum altera ex lapide Baſalte conſtat: ejus pes Iſidem refert: ex artificio, figura, & forma

(1) *Mart. Epigr. lib.* IV. *epigr.* XXIII.
(2) *Diſſert. Michaelis Angeli Cauſſei de la Chauſſe, Fortunii Liceti, Auguſtini &c.*

forma opus ex Aegypto advectum creditur : plebiſcita duo mutila, & manca extant, & decretum gymnaſiarchæ, qui ludis athleticis præerat. His adde columnas plures ex lapide peregrino, & ſumtuoſo ſex circiter pedes altas, annulos, claves, peſſulos, feras, talos, inaures, amuleta, caſſides, arma, & alia ſexcenta his ſimilia, pleraque ærea, unde conjicere licet, ferri ducendi uſum antiquiſſimis temporibus minus viguiſſe : recens arcula muliebris pulvini inſtar ſuperius farta prodiit, intra quam ſuppellex univerſa, cilicet acus, forcipes, digitalia muliebribus uſibus, & miniſteriis apta ſervabantur. Quam litenter ſane mulieres noſtræ veterum matronabum induſtriam in hiſce ſuperſtitibus monumenris contemplarentur, & ſiquid vel rectius, vel deterius factum deprehenderent, aut triſtes inviderent, aut lætæ reprehenderent. Ad vaſa culinaria denique ventum eſt. Hic enim vero innumeri objecerunt ſeſe *urceoli*, *pelves*, *ſartago*, *patellæ*. Ferunt aheneam patellam pedem & amplius latam inventam foco admotam, in qua adhuc inerant eſculenti coquendi reliquiæ in cinerem omnino converſæ. Horum alia noſtris ſimilia ſunt, alia vel forma, vel materia, vel uſu a nobis diſſentiunt. Nihil mihi magis in votis eſt, quam ut Rex Carolus pergat regiis auſpiciis, & ſumtibus ſuis, quicquid adhuc Herculanii ſub terra eſt, efferre & bonis artibus conſulere. Scio ſane quam exigua ea ſint quæ tibi affero, & fortaſſe etiam aliunde nota, præ iis quæ rei

rei dignitas, & monumentorum copia afferri exigit. Verum hujuſce operis laudem viris duobus ampliſſimis, & immortalitate digniſſimis ſcilicet Bajardo, & Antonio Gorio integram concedo, nihilque aliud a te quæro, quam ut hanc qualemcumque animi mei voluntatem pro ſumma tua in Societatem noſtram benevolentia, & humanitate vel mediocriter probes.

VIRO CLARISSIMO, ET ERUDITISSIMO

MARCHIONI

SCIPIONI MAPHEJO

JACOBUS BELGRADIUS SOC. JESU

EPISTOLA QUARTA.

VEritus, ne ſuperior epiſtola longior eſſet, reliquam Herculanenſis ſuppellectilis hactenus e latebris erutæ deſcriptionem in alteram epiſtolam rejicere malui, quam te una eademque perpetua oratione defatigare. Egit ea præſertim de ſignis æneis, atque marmoreis: aget hæc de pictis parietibus vel græcas fabulas, vel latinas hiſtorias, vel alia ludicra referentibus: neque dubito, quin plus voluptatis legentibus allatura ſint iſthæc, quæ plus habent admirationis. Antiqua monumenta marmore, & ære inſculpta in Italia præſertim vulgaria tantum non ſunt, picta vero non item

item. Quin immo non desunt, qui quantum antiquis statuariis tribuunt, tantum pictoribus detrahunt. Caussa hujusce judicii minus, ut existimo, recti non una est. Tabulæ veteres superstites paucæ admodum sunt, eæque nec elegantissimæ. Licet, ut ait [1] Tullius, statuæ intereant tempestate, vi, vetustate; tamen hæc, & alia magis rebus pictis, quam insculptis citius, & maturius interitum afferunt: nec raro accidit, ut in communi casus periculo optima intercidant, minus elaborata, ac perfecta supersint diutius. Homines nostri recentium picturarum admiratione defixi nolunt nisi præsentia suspicere, de iis vero, quæ ab oculis semota sunt, ut pote quæ animos non irritant, minus magnifice sentiunt. Æquumne, an iniquum hujusmodi judicium sit, paucis discutere in animo est, antequam ad rem Herculanensem accedo. Humanitas in me tua, & summa animi tui in latinis, ac græcis artificibus admirandis contentio hujusmodi παράπυλον tibi ingratum esse non sinet. Aliter sane existimo de latinis, ac de græcis pictoribus pronuntiandum. Nam a latinis [2] sero admodum excoli artes cœptæ. Antequam Marcellus, Flaminius, Æmilius, ac Mummius in urbem deferrent signa, ac tabulas, quibus, Syracusis expugnatis, Asia domita, capta Corintho potiti fuerant, magis regere imperio populos, quam æra cudere, & vultus pin-

(1) *M. T. Cic. Philip.* IX.

(2) *Plin. Hist. nat. lib.* XXXV. *Memoires de literature de l'Acad. Royale des Inscript. Tom. 9. Memoir. par l'Abbè Fraguier.*

pingere curæ fuit. Romam vero exoticis signis, ac tabulis transvectis, publicisque locis, ac privatis ædibus ita exornatis, cepit optimos quosque, qui recte saperent, artium studium, & cura. Non quia antea Romani artificibus, ac pictoribus præsertim omnino caruissent. Nam, ut ait [1] Plinius, apud Romanos quoque *honos huic arti mature contigit*, & ante urbem conditam extabant Ardeæ picturæ in ædibus sacris, sicuti etiam Lanuvii, & Cœre antiquissimæ aliæ prædicabantur. Roma vero genuerat gentem Fabiam, quæ a pictoribus [2] nomen duxit. Etiam Pacuvii poetæ pictura laude non caruit. Verum diu ars hujusmodi ignobilis quodammodo jacuit: vel quia adhuc rudis, & incompta animos non pelliceret, vel quia aliis curis patres distentos nacta esset. Mummius cepit exoticis tabulis conciliare auctoritatem, non quia ipse oculos eruditos haberet, sed miratus pretium, quo Rex Attalus tabulam in prædæ venditione emerat, suspicatus est aliquid in ea esse virtutis, quam ipse nesciret, & tabulam venditam, querente, & invito Attalo, revocavit. Ex eo pictura etiam Romæ magis magisque floruit, potius tamen a [3] Græcis accita, vel allata;

(1) *Ibidem*.

(2) *Nobilem Virum L. Fabium miratur antiquitas qui etiam Romanæ scriptor Historiæ est, sed magis ex pictura quam ex literis nomen invenit. D. Hieronymi epist. III. ad Heliodorum.*

(3) Etiam Græcos non prius tabularum, & artium studium tenuit, quam, bellis confectis, & pace composita otiari cæperint. *Ut primum positis nugari Græcia bellis cæpit .... Marmoris aut eboris fabros, aut æris amavit, suspendit picta vultum, mentemque tabellæ.* Horat. epist. lib. 2. epist. 1.

ta, quam ibi nata. Nam ſicuti Roma bellicis laudibus Grajos vicit, ita ab his artificum præſtantia ſe vinci ſivit. Qui Librum xxxv. Plinii accurate legunt, næ illi facile intelligunt, quid interſit inter Latinos pictores, ac grajos. Is meminit Ludii, qui ætate Auguſti amœniſſimam parietum picturam Romæ inſtituit, ſi modo Latinus fuit, quum Ætolus fuerit alter Ludius, qui Ardeæ ædem pictis imaginibus longe ante condecoraverat. Floruit etiam Romæ Atellius paullo ante Auguſtum, mox Æmilius, Cornelius Pinus, & Accius Priſcus, de quorum laudibus pauca, aut nulla attingit, ac refert. Ubi vero ad Grajos deventum eſt, totus in illis eſt. Non modo ſingulos in ſcenam profert; ſed in quo quiſque maxime excelleret, fuſius docet, & exemplis luculentiſſimis laudem artificibus debitam probat. Plura non perſequor. Nam principatus Grajorum pictorum, Latinis ipſis conſentientibus, abunde conſtat. Ad illos itaque accedo, & quid ſit reipſa ſentiendum, in medium affero. Tria ſunt, quæ mihi Grajos homines arte pingendi præſtantiſſimos fuiſſe ſuadent, veterum ſcilicet ſcriptorum judicium, ſtatuariorum, quæ ádhuc extant, monumenta, & picturæ ſuperſtites. Veteres auctores non modo in univerſum Grajos pictores laudant, verum etiam ſingulorum pingendi formas, notas, & quodammodo χαρακτῆρας exprimunt, & definiunt, hoc eſt eas virtutes circumſcribunt, in quibus pingendi laus poſita eſt univerſa, & comprehenſa. Præterea nonnulla ſummi arti-

artificii ſpecimina, & exempla afferunt, quæ a perfectis pictoribus unice præſtari ſolent. Apellis tabulas venuſtas, & gratia maxime commendabat, ut, quum in figurarum diſpoſitione ac menſura Amphioni, & Aſclepiodoro victoriam concederet, in imitanda tamen delicatiore natura reliquos omnes longe præſtaret. Cura Protogenes [1], ratione Pamphilus, ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius præſtantiſſimus habitus eſt. Pluribus ſuperſedeo. In promptu enim hæc ſunt. Ingentia etiam pretia, quæ ſummi pictores ab emptoribus exigerent, admirationem græcis tabulis pariunt. Nam Attalus ſexies centenis ſeſtertium millibus, hoc eſt juxta Harduinum 60000. gallicæ monetæ libris tabulam emerat Ariſtidæ. Non minus talentis viginti argenteis, hoc eſt juxta eumdem monetæ gallicæ 48000. libris Epheſinis conſtitit Apellæa Alexandri Magni tabula in templo Dianæ picta. Quod ſi, ut aliqua editio [2] præfefert, talenta fuiſſe aurea putanda ſint, & menſura, non numero tabulæ pretium acceptum, eo magis Grajorum tabulis admirandis locus aderit. Verum iſta tanti non facio, quanti veterum artificum ſuperſtites ſtatuas, in quibus magnum momentum ineſſe exiſtimo ad pictorum præſtantiam epidictica demonſtratione deducendam. Ambæ artes ita ſimiles inter ſe ſunt, & arcto neceſſitudinis vinculo invicem

(1) *Quintil. Inſtit. lib.* XII. *cap.* X.
(2) *Lege Harduini notas in Plin. lib.* XXXV.

invicem junctæ, ut uno eodemque partu editæ videantur. Ambæ naturam sibi imitandam proponunt: ambæ corporum lineamenta, statum, figuram, ambæ animi πάθος, & ἦθος exprimere, & referre nituntur: ambæ iisdem fatis secundis, vel adversis usæ perpetuo sunt, nec unquam, illa jacente, ista floruit, vel, hac florente, altera ingloria jacuit. Uno verbo artes *in re scilicet una*, quam nosti, *ambæ dissimiles, ad cetera pene gemellæ*: nec iisdem mœnibus contineri statuarii optimi sine bonis pictoribus diutius queunt. Nam pictor malus coram statuario optimo perinde se habet, ac reus coram severissimo judice, ac reprehensore. Quare, si Athenæ nihil nisi mediocre, vel malum in arte graphica procreassent, statuariorum censura eosdem coegisset vel rem reprehensam perficere, vel immortalitate carere. Universa Græcia, atque adeo Europa e statuariorum judicio, vel operibus edocta *curvo dignoscere rectum*, bonos a malis pictoribus facile distinxisset, nec nisi vera de eorum virtutibus, aut vitiis posteritati judicia reliquisset. Quum vero in statuis æneis, atque marmoreis adhuc superstitibus, cujusmodi sunt Venus Anadyomene, vulgo Medicea, Hercules Farnesius, Laocoon in Vaticano, M. Aurelius, & Gladiator moriens in Capitolio, præstantissimos statuarios tulisse Græciam satis superque constet, neque aliter scriptores de insignibus pictorum tabulis, quam de præclaris artificum signis magnifice sentiant, vero verius existimo, utrisque græcos

græcos homines abundasse, neque minus audiendum Plinium, ubi Phidiæ Jovem Olympicum, vel Praxitelis Venerem laudat, quam ubi Zeuxis Athletam, vel Timantis Iphigeniam celebrat. Hæc, tametsi nulla vetus pictura extaret, ad litem dirimendam satis videntur posse. Verum picturæ ipsæ superstites suum etiam suffragium addunt. Pleroſque labores suos pictores veteres credere [1] tabulis consueverant, in quibus vetustas cariem gignit, & interitum tandem affert: propterea mirandum minime est, cur hac ætate pictæ Grajorum tabulæ nullæ extent, quæ edacem vetustatem fefellerint: casus etiam innumeri, qui Grajorum imperium, atque urbes delevere, iisdem tabulis fuere fatales. His accedit imperitorum hominum insciția fato ipso aliquando nocentior, qui quum nihili faciant ea quæ ignorant, vel ultro oblata, vel casu inventa dimittunt, ac perdunt. Cur vero optimi quique tabulas citius, quam parietes pingerent, satis constat. Curabant videlicet, ut ipsorum opera res velut communis fierent, hoc est ut non modo e domo in domum, sed etiam ex urbe in aliam & ad alios dominos transferri possent. Parietes pingere serius instituit Romæ Ludius, Athenis longe maturius res cœpta. Euphanor, qui simul cum Zeuxi, ac Parrhasio vixerat, plura Athenis in parietibus pinxerat; quemadmodum

(1) *Tabulæ e laryce præsertim femina plerumque constabant, quæ antea creta dealbabantur.*

Usus pingendi in linteis ignotus Romanis erat antequam Nero Princeps in iis se pingi jusserit.

Polygnotus [1], qui annos 420. ante æram vulgarem porticum, quæ vulgo dicitur *Pœcile*, multiplicis coloris usu exornaverat. Udo tectorio, sive albario ac recenti colores induci soliti, aqua vero, & glutine, non vero oleo diluebantur, recens inventum, ineunte seculo XV. Joannis Van-eik Belgæ. Parietes picti nequeunt alio transferri, & in excidio urbium cum ipsis ædificiis diruuntur. Quibus vero ira victorum pepercit, insciția, vel avarities delet. Aut enim in effodiendo solo nihil pictis fornicibus, aut porticibus, quarum pretium nesciunt, consulunt. aut omnia convertunt in rudera, ut novis substructionibus materies, ac cementa non desint. Illud etiam attendas velim, picturas veterum præstantissimas præ mediocribus, ac vulgaribus fuisse paucas. Quis enim nescit, humana omnia ita esse comparata, ut paucis excellentia, pluribus mediocritas insit? Verosimilius proinde est, in communi ferme picturarum interitu mediocres, quam præstantes superfuisse. Næ illi sane id probe norunt, qui in conjectandi arte vel mediocriter versati sunt. Quare tametsi vel nulla excellens pictura extaret, non idcirco minus præclare de Graiis pictoribus sentiendum esset. Verum non ita adversa fortuna usi sumus, ut paucas satis, bonas ac præstantes artis hujus reliquias nobis seris inviderit. Ferunt, Raphaelem

(1) *Pausanias in Atticis. Plin. Hist. lib.* XXXV. *Memoires des literatures tirez des registres de l'Academie Royale des inscriptions &c. Tom.* IX. *Par. M. Gedoyn.*

elem [1] Urbinatem, Pictorem præstantissimum, qui tribus circiter abhinc seculis artem a veteri dignitate jam descisscentem penitus instauravit, atque restituit, imitandas sibi proposuisse veteris picturæ reliquias, ex Titi, & Trajani [2] thermis & Tyburtina Adriani villa, & ex crypta Puteolana erutas, unde veterem pingendi formam, elegantiamque in suum veluti succum, & sanguinem converteret. Increbuit etiam, ab eodem fuisse nonnullos in Græciam missos, qui hujusmodi fragmenta diligentissime conquirerent, & secum in urbem, si fieri posset, deferrent. Eadem Joanni Utinensi, Julio Romano, aliisque Raphaelis discipulis aliqui tribuunt, qui ne latum quidem unguem a veteri pingendi Grajorum disciplina, ut ajunt, deflectere visi sunt. Enimvero ab iis, qui artem istam egregie callent, semper maximi habitus est *Torus Genialis*, in horto Aldobrandino inventus, qui ad Raphaelis elegantiam maxime accedit, *Roma Galeata* in ædibus Barberinæ gentis, & alia in domo Farnesia, præter *sepulchra Nasoniorum* in via Flaminia, *Satyrum* in Collegio Romano, *Romam sedentem* ex Exquiliis erutam [3], & alia, quæ in Libro Camilli Maximi Cardinalis amplissimi, & alibi memorantur. Verum harum famam, atque elegantiam longe vincunt aliquæ Herculanenses

(1) *Pictura antiqua sepulchri Nasoniorum a Petro Sancto Bartolo delineata Thes. antiq.*

(2) *Histoire de l'Academ. des inscript. Tom.* III.

(3) *Histoire de l'Academ. Royale des Inscript. Tom.* III.

nenſes picturæ, quæ veterum artificum laudem magis magiſque vindicant, & confirmant.

Simul ac ex Herculanenſibus cryptis evaſi, in duo conclavia propter viam ſita, nec ſatis ampla, regiis ædibus contigua, viri aulici bene multi me humaniſſime deduxerunt, ubi Rex Carolus juſſerat univerſam pictam ſupellectilem hactenus inventam ſervari diligentiſſime. Nova hæc ſuperſtitis antiquitatis ſpecies, ac forma oculis repente objecta mirum quantum me affecit, atque attonitum diu tenuit: mox ſollicitus luſtrare ſingula, multa ad faſtidium percontari, ſicuti novis hominibus accidit rerum antiquarum ſtudioſiſſimis. Monumenta iſta quadringenta numero ferme ſunt, pleraque integra, e porticibus, & parietibus accuratiſſime ſecta, & ne in poſterum diſſilirent, ferreis repagulis, & ligneis rectangulis poſtico aptiſſime applicitis, optime cautum. Singula ferme magnitudine differunt; figura vero non item. Nam rectangula pleraque ſunt: alia fabulas, alia res geſtas ex ſcriptoribus depromtas, alia vero ludicra, ac feſtiva ſpectacula & cœnatiunculas exhibent, quarum ſpecimen infra dabo. Altiſſima pedes ſeptem circiter æquant, eaque decem ferme ſunt, reliqua non ultra pedes duos aſſurgere viſa ſunt. Tabula omnium maxima pedes ſeptem alta, & quinque circiter lata Herculem ſtantem, leonem Nemæum interfectum, ſedentem Pomonam flores, ac poma præſeferentem, Jovem ab Amalthea nutrice capreæ lacte altum, duaſque alias figuras pone,

& in

& in receſſu pictas exprimit eleganter. Pomona Salerni in urbe non procul Herculanio diſſita ædem ſatis celebrem habuit, cujus meminit antiquus lapis apud Gruterum [1]. Altera tabula ſex circiter pedes alta Theſeum ſtantem exhibet, qui victor, ac redux Minotauro interemto, & ad pedes ſtrato viros duos Athenienſes gratulabundos comiter excipit. Fortaſſe viri Athenienſes Reipublicæ perſonam, ac vices gerunt, quibus gratulandi officium demandaverat. Tertia tabula Herculem angues in incunabulis elidentem ſatis graphice refert. Quarta tranſverſa judicium Paridis coram Venere, Junone, & Pallade latum adumbrat. In quinta Hercules nudus, ingens ſatyrus nympham amplexus cernitur. Sexta Virginium, virginem ejus filiam, Icilium ſponſum coram Appio decemviro, & M. Claudio ejuſdem cliente, cui, ut virginem in ſervitutem aſſereret, negotium dederat, quemadmodum ex libro III. dec. I. T. Livii conſtat, oculis pene ſubjicit. Alias hujus generis plures omitto. Unam dumtaxat ceterarum facile principem ſine piaculo omittere mihi non licet, quæ Chironem Centaurum, & Achillem ejus diſcipulum, a quo citharæ numeros diſcit, luculentiſſime repræſentat. Hanc enimvero eruditi, ac docti homines admirantur maxime, atque ſuſpiciunt. Ferunt, pecunioſum quemdam Dynaſtam Anglum, picturæ hujus acquirendæ ſtudioſiſſimum Regi Carolo ingentem pecuniæ ſummam exhibuiſſe, cui

(1) *Muſeum Flor. Gori Gruter. pag. 94.*

Rex majorem proposuit, ut aliam huic parem, siquam nactus esset, sibi cederet non invitus. Tabulæ reliquæ mole longe minores sunt. Aliæ venationes, aliæ templa, atque ædes, aliæ feras silvestres, aliæ flores, ac poma, aliæ arbusta, aliæ demum victorias alatas, & alia hujusmodi præseferunt. Vitium in his aliquando deprehenditur, in quod tantopere Vitruvius[1] invehitur. Quia nimirum ætate sua tectoriis monstra potius quam ex rebus finitis imagines certæ pingerentur, & pro columnis calami, pro fastigiis harpaginetuli striati cum crispis foliis, & volutis, & ex coliculis flores dimidiata habentes ex se exeuntia sigilla, alia humanis, alia bestiarum capitibus similia statuerentur. Istud picturæ genus, (quod vulgo *grotteſco* dicitur:) etiam in Herculanensibus parietibus sæpe videre licuit. Pictæ nonnullæ in parietibus ædes fenestras specularibus obductas videntur referre, quorum multiplex erat Romæ usus.

Fortasse a me exquires, quid ego de hisce tabulis, & tota pingendi ratione sentiam. Parum enim refert veterum tabularum exempla nosse, nisi artem, industriam, aliasque earum virtutes noris. Non is ego sum, qui hac in re votis facere satis tuis possim. Etsi enim[2] ad probandam picturam etiam inscii faciendi adhibentur, aliqua tamen judicandi solertia præstare debent, in quo ego minus valeo. Ne vero officio desim, aliqua edisseram non de sensu meo depromta, sed ex præstan-

(1) *Vitruvii lib.* VII. *cap.* V. (2) *M. T. Cic. de opt. Gen. orat*

ſtantiſſimi Pictoris judicio, quem per communes amicos conſului: ſi qua vero de meo interſeram, non ea quidem ad id pertinent: verum tanquam rem aliunde adſcitam, opportune tamen allatam excipi a te velim. Univerſa pingendi laus, ac virtus, ex variis partibus, ut recte noſti, velut corpus ex pluribus artubus coaleſcit. Non omnia hic afferam; innumera enim prope ſunt; præcipua perſtringam, quæ vulgaribus etiam hominibus abunde conſtant. Recte invenire princeps pingendi laus eſt, mox inventa non modo diſponere, ſed lineis graphice ita deſcribere, & adumbrare, ut arti natura conſonet, ſummæ pictoris virtuti ducitur: affectus vero, mores, ingenia, atque habitus hominum ita exprimere, ut iram, ſævitiamque, ſi opus ſit, ſpirare vultus, & ſtatus figurarum videantur, non ultima res eſt: colores vero lineis inducere, qui modo floridi, modo auſteri, modo ſimplices, modo mixti, & ita invicem commiſſi ſint ut quum anteriores luceant, ac niteant, reliqui qui conſequuntur, gradatim langueſcant, & tandem in puram putam umbram quodammodo deſinant, ad artem hanc maxime pertinet. Quid illa? Scenographicæ ſcientiæ uſu ita ſingula magnitudine, ſitu, ordine, ſpecie in tabulis repræſentare qualia oculis ipſa natura ſubjicit. Plura non perſequor, ne hæc epiſtola officinam, & colores redolere videatur. Hiſce propoſitis, ad rem judicandam accedo. Centaurus Achillis magiſter non ſolum graphice, & recte delineatus eſt, ſed etiam juxta artis præcepta exquiſitiſſime pictus. Colo-

res ipsi satis suaves, & molles: figuræ Centauri, & Achillis indolem, atque ingenium concinne exprimunt: concordia partium, & harmonia mira: artificium multiplex, & sana pingendi ratio in universo opere sibi constat, reliquæ etiam, quas supra retuli, tabulæ licet antecedenti facile cedant, laude tamen non carent sua, & multis virtutibus nitent. In altera ex hujusmodi tabulis scenographia, ejusque leges rite locum habent. Quare satis patet, ejus etiam veteres non fuisse, ut alii putant, expertes. Idem longe antea nos docuerant Plutarchus, Vitruvius, & ad scenographiæ canones scenam inventam ejusque ornatum compositum satis constiterat. Multa tamen in hisce tabulis desiderantur, quæ recens a nostris inventa sunt. Neque enim figurarum situm, collocationem, atque distantiam [vulgo *l' innanzi, e indietro*] ita partiri, ac definire veteres soliti sunt si modo ex hisce superstitibus tabulis de reliquis judicium ferre licet, ut mutuo figuræ sibi non officiant, & alterius color alterius splendorem, & lumen non obtundat. Præterea area [*campo*] quæ figuras singulas undequaque circumscribit, monochromatos esse solet, quod vitio pictores nostri tribuunt Volunt enim aream coloribus invicem commissis ita illini, ut ex ipsorum artificiosa permixtione figura magis, ac magis renideat, atque explendescat. Illud etiam in hisce tabulis nostri requiri dolent facilem scilicet pingendi formam [*macchia*] quæ non arte quæsita, sed ab ipsa natura quodammodo allata videtur esse. Multa ex

ta ex his, quæ Herculanenſibus tabulis deerant, in græcis fortaſſe non deſiderabantur. Recenſentur enim a Plinio earum virtutes, quarum plures cum allatis conveniunt. Si qua hujus generis alia Neapoli accipiam, diligens ſingula ad te ſcribam. Interim *his utere mecum*.

FINIS.

MONITUM.

HAſce Epiſtolas, quarum editionem gravioribus curis impeditus ad hanc diem diſtuli, elapſo menſe Julio a Clariſſimo Auctore traditas mihi fuiſſe ſcias velim. Hanc a me non minus ſinceram quam ultroneam pro veritate teſtanda confeſſionem & ipſius veritatis amor, & meæ fidei integritas elicit. Vale.

VIRO

VIRO CLARISSIMO

ANT. FRANCISCO GORIO

BAPTISTERII FLORENTINI PRAEPOSITO

JACOBUS BELGRADIUS SOC. JESU.

EPISTOLA QUINTA

NOli, VIR CLARISSIME, his hominibus ſubiraſci, qui HERCVLANIVM adhuc latere dictitant, & monumenta ſub *Reſina* recens inventa ad eam Urbem pertinere mordicus negant. Neque enim idcirco ea aut minus admirabilia, aut minus antiqua videri debent. Nam ſive Herculanium, ſive alterius oppidi ſedem inventam malis; ſtatuæ, tabulæ, ædificia, & numiſmata hactenus eruta eamdem præſeferunt antiquitatem, idem fatum, idem excidium, eamdem ferme fortunam denuntiant, quæ contigit Herculanio: nec hujuſmodi Criticos, ac Pyrrhonicos homines moror, dummodo hujuſmodi monumentis Auguſtorum ætatem non invideant, qui uſque ad Domitianum imperarunt. Contra hujuſmodi antiquitatem nihil hiſcere ſapienter licet, niſi aut demonſtrent, extitiſſe olim literatos veteratores, qui ut bonis poſteris imponerent, omnia hæc comminiſcerentur, ac fingerent; aut niſi probent, ſingula,

gula, aut ferme omnia, quæ his monumentis continentur, cum iis, quæ in Eruditorum Cimeliis adhuc extant, penitus pugnare. Utrumque sane non modo a vero, sed etiam a veri specie, ac similitudine omnino abhorret. Ecquis enim tam vecors, ac plumbeus est, qui sibi in animum induci sinat, olim fuisse homines, qui non modo aut aliqua numismata clanculum cuderent, & pro germanis, ut aliquando usuvenit, distraherent, aut novum, & fictum codicem pro veteri obtruderent imperitis; sed qui urbem, aut oppidum ingentibus molibus substruerent, & ænea, marmorea, atque opulentissima supellectile singula ornarent, ut seram posteritatem, ubi aliquis casus ferret, mirifice eluderent? Quare, sive hæc Monumenta Herculanensia sint, sive ad aliam urbem referantur, antiquissima sane sunt, præclare conflata, & aurea, sive argentea ætate dignissima. Quod si cum iis hominibus discutere exacte velis illud quod acriter negant, puto, causæ quidem judicium esse difficillimum; minus tamen rem perdifficilem ea rationum momenta excutere, quibus ipsi tantopere fidunt. Ajunt, Herculanium loco edito situm; Resinam vero in humili propter maris oram jacere: nullum adhuc numisma, ac lapidem repertum, quo Herculanii nomen, ac mentio constet: epigraphem C. Nonio Balbo positam recentis auctoris esse: [1] vero similius, ac fide dignius, fuisse ibi Resinam, aut opulentissimorum Civium Villam, quibus maritimum sinum, ac tractum confertis-

(1) *Vide quæ inferius adnotantur.*

fertiſſimum fuiſſe perhibent. Hæc, & alia hujuſmodi occentant, ac prædicant homines nimis critici, ac ſeveri. Si a me exquiris, quid ego ſentiam: utrum pro Herculanio, an pro alio oppido ſuffragium feram, definire non auſim: excipe tamen quæ *cenſet amiculus*; ac ſi qua in re peccavero, libentiſſime ſinam ab iis redargui, qui recte ſentiunt, & veritati afferunt conſentanea.

Duo de HERCULANII ſede, & caſu potiſſimum conſtant: alterum eſt, fuiſſe oppidum Veſevo finitimum, ac ſubjectum, & ad amœniſſimam maris oram ſitum: alterum vero, fuiſſe ab ipſo Veſevi igne, ac cinere perditum, ſive obrutum; nec alia oppida, præter Pompejos, intercidiſſe. Ædificia, porticus, ac reliquiæ hactenus erutæ ad aliquod maritimum oppidum ſane pertinent: materies vero ædificiis iſtis aggeſta, atque agglomerata Veſevi cineres, & lapides, ab eodem jactari ſolitos, refert: neutrum ſane indiget confirmatione. Nonne ipſa monumentorum ratio, & copia publicæ rei formam quodammodo exhibet? Nonne ipſum Theatrum, ædes, porticus, honeſtæ miſſiones militum, plebiſcita, elegantiſſimæ ſtatuæ publicam magnificentiam oſtentant? Num aliqua ſuburbana Villa, tametſi opulentiſſima, ex. gr. Tyburtina, Tuſculana tantum veteris ſupellectilis protulit, quantum nuper invenimus in ora maritima Neapolitana? Verum non ea tantum penſanda ſunt, quæ hactenus patuerunt; ſed ea etiam, quæ regiæ operæ in ſingulos dies egerunt, atque exhauriunt. Adhuc in limine fortaſſe ſumus,

sumus, & plura posteris supererunt adhuc integra, & inventis finitima, ac simillima. De oppidis præter Pompejos, & Herculanium perditis nihil memoriæ proditum est, nisi quod Marcus Aurelius iis duobus Helicem addit, & alias innumeras, seu ἄλλας ἀναριθμήτους periisse testatur: quæ referenda sane non sunt ad Vesevi flammam, ac cineres; sed ad alios casus, quos alia ætas attulerat. Neque enim Helicem flamma consumserat; sed aqua hauserat, atque absorbuerat.

Quod vero ad Herculanii sedem satis editam, ac veluti in promontorii fastigio positam pertinet, ab hujusmodi auctoribus aliquem veteris Historiæ locum afferri velim, qui id satis plane, ac perspicue doceat, ac rem certam omnino efficiat. Si vero id a me vel invito concedi petunt, dabo manus, & conquiescam, dummodo diligenter animadvertant soli mutationem, quam Vesevus ingentibus eruptionibus induxerat. Puta sane, ante hujusmodi vices Herculanii solum partim in plano atque humili, partim in edito loco situm. Novimus enim alias urbes, postquam in apricam planitiem se se porrexerant, paullatim assurgere, & ad ardua, ac prærupta subinde ferri; Quæ si vero simillima sunt, illa quoque non absona videri puto, scilicet ab ingenti Vesevi favilla atque eructatione ima urbis æquata summis, & quæ olim suis urbis reliquiis eminuerant, ab aggesta circiter massa, fuisse quodammodo contumulata.

Neque illud tanti facio, quod sæpenumero obtru-

obtrudunt, nondum Herculanii nomen in tot monumentis, & inscriptionibus occurrisse. Si enim ratio ista satis valeret, neque ad Retinam, neque ad ullum oppidum, aut Villam pertinuissent. Nihil enim extat, quod ejus nomen, aut memoriam retineat, atque confirmet. Verum, si qua fides iis, qui nobis ista nuntiarunt, stemus omnino monumentis Herculanii nomen præferentibus. Epigraphe enim in basi marmoreæ statuæ equestris Balbi inscripta memorat Herculanenses auctores. Nam licet ea, quæ in Villæ regiæ suburbanæ atrio legitur, recenti opere sit exstructa; [1] communis tamen sententia est, fuisse ad vetustissimæ, ac jam fractæ, quæ remedium pati non posset, exemplar omnino descriptum, & in aliud marmor translatam. Fortasse in posterum alia non desiderabuntur, quæ rem eamdem confirment. Neque mirandum est, cur ex tot Inscriptionibus adhuc erutis una dumtaxat meminerit Herculanii. [2] Consule lapides alibi inventos, & lege titulos in ipsis insculptos: plerique sane carent memoria urbis, in qua tituli inscripti sunt. Innumeros, si velint, afferam Romæ, Neapoli, Capuæ, atque alibi erutos, qui Urbium nomina penitus silent. Nonne satis ipsa supplentur ab urbis loco, ac situ; præsertim quum non solum ab ipsis civitatis Ordinibus positi sint, sed aut ab affinibus, aut con-

(1) *Vide quæ de hujus rei veritate inferius a doctis Neapolitanis observantur, & adfirmantur.*

(2) *Duo honorarii lapides* Herculanii *nomen præferentes, ibidem inventi nunc memorantur. Vide inferius adnotata in Litterato Eruditorum Neapolitanorum* Commercio.

conſanguineis hæredibus, aut a privatis hominibus amiciſſimis, in quibus urbis, & loci commemoratio penitus ſupervacanea videri debeat. Præterea nemo aut patriæ ſuæ vices, ac caſus proſpicit, aut poſt ejus fata ſuperſtiti memoriæ conſulit.

Accedo ad ea, in quibus adverſarii tantopere fidunt, ſcilicet ad Reſinæ nomen, qui pagus monumentis hiſce ſuperſtitibus inſidet, & ad lapides, ac numiſmata, quæ Domitiani Cæſaris nomen exhibent, ac præſeferunt. Scio ſane *Reſinæ* nomen eſſe *Retinæ* ſatis affine, ac ſimillimum; nomina veterum Urbium, ac pagorum diutiſſime retineri, quemadmodum in ærea Tabula Placentina recens inventa, & a Te accuratiſſime edita, legimus eadem villarum & ſaltuum nomina plurima, quæ vel minimam a Trajani ætate uſque ad hæc tempora vel nullam litterarum tulerunt mutationem. Non idcirco tamen in ipſo Reſinæ nomine magni aliquid ineſſe exiſtimo ad veterem Retinæ villam huic loco adſcribendam. Nam imprimis Retinæ ſitus a Plinio juniore deſcriptus prope Miſenum erat ultra hujus maris oram. Nam ſenior Pomponianum & alios amicos navibus aditurus longe ultra Retinam venerat, hoc eſt in locum Veſevo longe proximiorem. Neque intelligo quænam alia regio propter maris oram ſita Veſevo proximior, quam præſens Reſina fingi poſſit. Scipio Maffejus Vir clariſſimus prope Miſenum veterem Retinam ſtatuit, hoc eſt in altero maris ſinu. Undenam vero Reſinæ nomen

pagus

pagus iſte recens nactus ſit, *quærere diſtuli, nec ſcire fas eſt*. Demum non conſtat, veterem Reſinam ex Veſevi igne intercidiſſe, licet ab ejus periculo non abeſſet.

Quod vero ad numiſmata Domitiani pertinet, miror ſane ea obtrudi, unde magis ac magis Herculanii vindiciæ nobis ſuppetant. Noſti Herculanii excidium in primum imperii Titi annum incidiſſe, cui biennio elapſo Domitianus ſuffectus eſt. Quare tametſi ad ejus imperium lapides, ac numiſmata aliqua referantur; non proinde tamen velut pugnantia hæc nobis obtrudi oportuit. Herculanium totum fortaſſe non interciderat: ſupererant reliquiæ, ex. gr. aliqua ædificia vel integra, vel ſemiruta, vel omnino non ſepulta, quæ incolis larem quærentibus ſedem aliquam præbuerant. Noſti etiam, Titum viros Conſulares duos pecunia inſtructiſſimos in Campaniam miſiſſe, qui urbibus dirutis reficiendis operam darent, & eorum bona, qui perierant, operi tanto deſtinarent. Quare ſi Herculanio prope ſepulto novi coloni deſiderati non ſunt, mirari deſinant obtrectatores in lapidibus inſculptum, & in numiſmatis alibi cuſis, & eo translatis nomen Domitiani. Verum exiſtimo vero propius non ad Domitianum jam Imperatorem, ſed ad eumdem longe antea Cæſarem, & Conſulem monumenta hujuſmodi referri opertere. Domitianus eodem anno, quo Herculanium exſcidit, ſeptimum Conſulatum obtinuit (Tillemont. *Hiſt. dès Emp.*) Cæſar longe antea dici cœptus. Inſcri-

Inſcriptio recens inventa, ubi adverſarii tot fluctus, velut in ſimpulo, excitant, Domitianum Cæſarem unice memorat.

DOMITIAE. CN. F.
DOMITIANI. CAESARIS

Multa apud Harduinum præſertim numiſmata lego Domitiano Cæſari nondum Auguſto inſcripta. Quare ex Domitiani nomine in numiſmatis, ac lapidibus invento, non eſt cur adverſarii nobis invideant Herculanium. Quin immo ex quo nulla monumenta occurrunt, quæ Imperatorum ultra Domitianum meminerint, argumento eſt ultra hæc tempora vel nihil Herculanii ſuperfuiſſe, vel ejus reliquias illuſtribus colonis caruiſſe. Hæc ita excipi a te velim, non perinde ac ſi rem certam & explicatam efficiant; ſed ut rei Herculanenſis obtrectatores intelligant, minus firmis rationibus niti ea quæ nobis objiciunt. Ceterum ſatius eſſe exiſtimo rei judicium protrahendum, & totam cauſſam comperendinandam, donec certiora monumenta afferantur.

Reliquum eſt, ut antequam ſcribendi finem faciam, mantiſsæ loco tibi ſubjiciam nonnulla monumenta ſuperioribus diebus ibidem inventa, quæ mihi amici Neapolitani retulerunt. Laminam aeneam erutam ferunt ſatis magnam, quæ refert immunitates a Tito Libertis collatas, qui rei maritimæ operam dare velint, & in finitimis portubus mercatoriam artem profiteri. Putant nonnulli, idque haud temere affirmant; prope laminæ inventæ ſedem magnum ædificium quam-

primum inventum iri, ad rei nauticæ uſum. Utinam ea cura, & induſtria congeſti cineres amoveantur, ut ædificium ſuperſit integrum. Nova etiam picta ſupellex patuit. In ea enim plaga, quæ vulgo *Torre dell' Annunziata* dicitur, conclavia plura venuſtiſſimis coloribus illita in apricum producta ſunt, quæ mirifice oculos tenent. Alia enim aves, alia feras coronis, ac floribus implicitas, mirum in modum fictas, atque diſpoſitas exhibent. Adſunt etiam picta veterum Deorum geſta, a Pictoris ingenio Poetarum inſtar illuſtrata. Ibidem Vaſa plura aenea, tripodes ſacri, in quibus unus reliquis longe præſtat, atque antecellit. Totus enim graphice inſculptus eſt, & induſtriam ſolertiſſimi Artificis luculentiſſime prodit. Plura etiam encarpis, & ſigillis ſepta, & ornata amici deſcribunt his ſimilia, quæ in quarta Epiſtola Venetiis edita retuli. Totum myrothecium exhauſi, nec amplius quid addam, ſupereſt. Interim te, VIR CLARISSIME, bono Reipublicæ literariæ natum Deus Optimus maximus incolumem diu ſervet, ac præſtet.

Datum Parmæ X. Kalendas Decemb. Anni. MDCCIXL.

ANTI-

ANTIQUITATES HERCULANENSES LITTERARIÆ

ORATIONE AUSPICALI

MEMORATÆ ET INLUSTRATÆ

AB JOANNE ERNESTO IMM. WALCHIO

Philoſoph. Prof. extra Ordinem
in Gymnaſio Jenenſi.

EX quo fama de Herculaneo, ex Vesuvii cineribus prodeunte, emanare & nostras quoque Germaniæ provincias peragrare cœperat, non defuerunt, qui sparsos hos rumores exciperent quam lætissime, ac, fastis quasi ominibus excitati, ex cavernis istis nescio, quas honorum & fortunarum accessiones literarum studiis augurarentur ac spirare adhuc musas veteres Campanas divinarent in terræ his visceribus ac ruinis nobilis civitatis, quam sub Nerone [1] Vesuvii exhalationibus ac terræ motu ex parte concidisse: [2]

(1) Contigit id anno urbis conditæ 816. Christianorum autem 63. Regulo & Virginio consulibus. Vide Senecam *lib.* VI. *natur. quæstion. cap.* 1. & Tacitum *lib.* XV. *annal. cap.* 22.

(2) Anno urbis 832. Christi 79. Vespasian. aug. IX. & Tito VII. consulibus: lege Xiphilinum *epitom. Dion. lib.* LXVI. *pag.* 756. & Plinium *lib.* VI. *epist.* 16. & adde Jo. Massonum *vit. Plin. p.* 26. De his Vesuvii incendiis, quibus Herculaneum & loca finitima graviter vexata sunt, conf. Anton. Sanfelicum de *Campan. origin. & situ, tom.* IX. *part.* 1. *thes. antiquit. & histor. Ital. p.* 7. Jul. Cæs. Capacium *antiquit. & hist. Camp. cap.* VIII. Camillum Peregrinum *de Camp. felic. diss. II. cap.* 23. *p.* 232. *seq.* Jul. Cæs. Recupitum *de Vesuvian. incend. p.* 18. illustrissimum marchionem Marcellum de Venuti *Descrizione delle prime scoperte dell' antica città d' Ercolano, cap.* IV. *pag.* 481 & cel. Anton. Franc. Gorium, *admirand. antiquit. Herculan.* §. VIII. & IX. *vol.* 1. *symbol. litterar. Florentin. pag.* 16. 17. quibus addi possunt, quæ de Vesuvio observat Francisc. Blanchinius *Istor. universal. provata con monumenti e figur. con simbol. degli antichi*, Romæ, 1699. p. 249.

ſub Tito, graviſſimo montis hujus incendio facto, miſere penitus deſcendiſſe, novimus. Qui quidem mihi videbantur vere; nec ſine ratione augurium hoc egiſſe, quod feliciſſima illa, ubi Herculaneum ſitum fuit, regio ingenuis ac liberalibus artibus antiqua jam ætate, Cæſaris præcipue atque Auguſti temporibus, exſtiterat florentiſſima. Larga literarum luce omnia ibi erant completa, Campanusque ager præſtantia alebat ingenia, tam domeſtica & nativa; quam adventitia & ex alieno fundo tam copioſe huc translata, ut Campania non ubertate ſolum agrorum: varietate fructuum: amœnitate litorum: ſuavitate locorum ac ſalubritate aeris [1]; ſed ingeniorum quoque fertilitate aliis terris antecellere videretur [2]. Habebant ibi muſæ jucundiſſimas ſedes, quarum multas in villis ac finitimis locis ſibi ita paraverant, ut politiorum diſciplinarum officinis ſeptum quaſi ac munitum eſſet Herculaneum. Fuerant porro quam plurimæ coloniæ Romanæ a multis ſeculis per totam Campaniam diffuſæ atque in vicinitatibus ac confiniis noſtræ urbis undique

(1) Vid. Strabonem *lib.* v. *pag.* 371. Ciceronem II. *agrar. cap.* 28. Florum *lib.* 1. *cap.* 16. alioſque apud Chriſtoph. Cellarium *notit. orb. antiqui*, *tom.* 1. *p.* 830. Camillum Peregrinum *lib. excit. diſſ. III. cap.* 1. *ſeq.* Jul. Cæſ. Capacium *antiquit. Neapol. cap.* 1. Philipp. Cluverium *lib.* IV. *Ital. antiq. cap.* 1. *p.* 1091.

(2) Vid. Ciceronem *orat. pro Archia poet. cap.* III. Livium *lib.* XI. *cap.* 42. &, qui inprimis Neapolitanos ob litterarum ſtudia commendant: Virgilium *lib.* IV. *georg.* v, 563. A. Gellium *lib.* IX. *cap.* 15. Martialem *lib.* V. *epigram.* 78. *v.* 14. Statium *lib.* V. *ſilv. carm.* 3. *v.* 162. Silium *Italicum*, *lib.* XII. *v.* 27. Adde ex recentioribus Chriſt. Cellarium *diſſertat. academic. p.* 365. & 464.

que ita dispositæ [1], ut per illas amplissimam ejus civibus occasionem, literarum studia amplectendi, datam fuisse, maxime probabile sit, quod neminem negaturum esse, arbitror, qui modo expenderit, quocunque se verterint coloniæ & migraverint, musas perpetuas fere earum socias ac constantes comites exstitisse [2]. Ipsum denique Herculaneum colonos Romanos acceperat, quod non solum ex DIONYSIO *Halicarnassensi* [3]; sed etiam ex lapidibus monimentisque priscis luculenter patet, quæ civitatis hujus incolis patronos, duumviros, decuriones aliosque coloniarum proprios magistratus diserte tribuunt [4]. Addo

(1) Id de Puteolis Plinius *lib.* III. *cap.* 5. & Livius *lib.* XXXIV. *cap.* 13. marmorque vetustum apud Jul. Cæs. Capacium *antiquit. Neapol. cap.* XVII. *p.* 178. de Capua Frontinus *de coloniis* & Cicero *orat. Philipp.* II. *cap.* 40. de Casilino itidem Cicero *loco excitato*: de Calibus Livius *lib.* VIII. *cap.* 16. de Suessa Aurunca idem *lib.* IX. *cap.* 28. & Vellejus *lib.* I. *cap.* 14. de Venafro Plinius *lib.* III. *cap.* 5. de Calatia Vellejus *lib.* II. *cap.* 61. de Atella Jul. Frontinus *de coloniis*, *p.* 102. *scriptor. rei agrar.* Goesii, & Cicero *lib.* XIII. *epist.* 7. de aliis alii, nominatim modo excitatus Frontinus, testantur. Ipse Cæsar, teste Vellejo *lib.* II. *cap.* 44. viginti millia civium in agrum Campanorum deduxit.

(2) Vid. Gellarium *dissert. academicis*, *p.* 365. *seq.*

(3) *Antiquit. Roman lib.* I. *p.* 35. Quo tempore id factum sit, in antiquis scriptoribus invenire non potui.

(4) Vid. Jul. Cæs. Capacium *antiquit. & histor. Camp. cap.* IX. *tom.* IX. *part.* 3. *thes. ant. & histor Ital. p.* 64. Jan. Gruterum *p.* CCCCXXXIX. *inscr.* 6. Thom. Reinesium *class.* VII. *inscript.* 15. *p.* 484. Anton. Franc. Gorium *admirand. antiqu. Herculan. vol.* I. *symbol. litterar. p.* 119. 120. 185. illustriss. marchion. Marcell. de Venuti *descrizione delle prime scoperte dell' antica città d' Ercolano cap.* III. & auctorem commentationis: *memoir. sur la ville souterraine decouverte au pied du mont Vesuve*, *p.* 15. 16.

hujus, quæ in Herculanenſium agro conſedit, coloniæ rationem ita fuiſſe comparatam, ut quemlibet, ſi modo rem diligentius ponderaverit, facile a ſe impetrare poſſe, credam, ut eam non ſine literis fuiſſe, ſibi perſuadeat. Erat enim illa ut omnes rationes oſtendunt, non ex infima populi fece, aut urbis ſorte conflata; ſed nobiliſſima & ad optima quævis nata quaſi colonia, quæ nihil in nova, ad quam delata fuerat, urbe deſiderari patiebatur, quod ipſi ſplendorem; civibus vero laudem adferre eorumque ſtatum felicem ac fortunatum reddere poterat. Docet hoc egregium Herculanenſe monimentum, quod leges de domorum villarumque dignitate retinenda complectitur [1]: docet id aliud ſaxum, præ ceteris

16. 31. Exhibent memorati ſcriptores vetuſtum ſaxum, L. Munatio Conceſſiano poſitum, atque ex eo conſtare autumant, quod Herculaneum colonia Romana fuerit. De ipſa colonia nemo dubitabit; utrum vero ſaxum hoc ipſum ad Herculanenſes debeat referri, id multis non ſatis exploratum; nec ſine cauſſa, videtur. Scribendi enim ratio in iſto ita eſt comparata, ut poſt Titi tempora ideoque poſt Herculanei fata compoſitum id eſſe, multi haud immerito ſibi perſuadeant. Quando in ipſo lapide *primaria ſplendidiſſima Herculanenſium regionis* mentio eſt facta; verba hæc ad regiones illas referendas eſſe, cenſent, in quas, Romæ urbis exemplo, Neapolis antiquo tempore fuit diviſa, quoniam in aliis ſaxis, ut ex Capacio, Reineſio aliiſque patet, regiones Thermenſium & Agathonenſium Neapolitanæ commemoratæ ſint. Quamvis ipſe in ea ſim ſententia, ut lapidem hunc ad Neapolitanos; quam ad Herculanenſes referre malim; ex ipſis tamen deſignatis his regionibus nihil hac in re confici poſſe, exiſtimo, quod in alio ſaxo apud Capacium *loco excitato, regio Mulinienſis* Herculanenſibus tribuitur. Herculaneum enim, parvum ceteroquin oppidum, in regiones diviſum eſſe potuit.

(1) Vid. Thom. Reineſium, *claſſ.* VII. *inſcript.* II. *p.* 475. *& inſcript. Donianas*, ab Ant. Franc. Gorio editas, *claſſ.* II. *n.* 66.

ris memoria dignum, quo publice Marcis Memmiis Rufis, patri & filio, pro ornamentis, municipio conciliatis, gratias agunt Herculanenſes atque inter alia ſignificant, viros hos nobiliſſimos *ſcholam & chalcidicum ad municipii ſplendorem feciſſe* [1]: docent porro hoc ipſæ civitatis ruinæ, ex quibus non ſubſtructionum inſanæ moles: inconditi atque informes lapidum acervi ac horridæ, quæ barbariem redolent, tuguriorum fabricæ emerſerunt; ſed ædes tam ſacræ, quam profanæ, publicæ pariter ac privatæ [2] ornatiſſimæ, theatrum [3], porticus [4], templa aliaque hujus generis ædificia, incredibili opere perfecta ac tot picturis [5] elegantibus, tot ſimulacris, ſtatuis,

(1) Vid. Reineſium *claſſ.* VII. *num.* 15. *p.* 484. Capacium *loc. memorat. p.* 66. auctorem ſupra excitatæ diſſertationis: *memoir. ſur la ville ſouterraine*, cet. p. 16. alioſque plures.

(2) Vid. *letters from. a young Painter abroad to his friends in England*, Londini 1748. *p.* 160. & quæ ex his litteris clariſs. Theoph. Ludolph. Munterus latine interpretatus eſt *comm. de Herculaneo*, *p.* 43. *ſeq. ejus parerg. hiſtorico-philol.*

(3) De quo præ ceteris legi meretur illuſtriſs. marchio Venuti *comment.* ſupra *excitato*, *part.* II. *cap.* 3. *p.* 78. edit. Germanicæ, quæ Francofurti & Lipſiæ; ſive potius Vindobonæ 1749. prodiit. Huic addendi ſunt auctor libelli: *memoir. ſur la ville ſouterraine*, *p.* 12. *ſeq.* & illuſtriſs. marchio Scipio Maffei in ſingulari epiſtola ad Bernard. de Rubeis, ita inſcripta: *ſopra le nuove ſcoperte d' Ercolano*, *p.* 35. quæ una cum duabus aliis Veronæ 1748. hac inſcriptione edita eſt: *tre lettere del ſignor Marcheſe Scipione Maffei*.

(4) Vid. *notizie curioſe intorno allo ſcoprimento della città d' Ercolano vicino a Napoli*, quæ Venetiis 1747. litteris expreſſæ ſunt, §. IV.

(5) Conf. ea, quæ Paullus Mar. Paciaudius diſſerit, in *raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici* doctiſſimi Calogiera, *tom.* XXXVIII. *num.* 8. *p.* 349.

tuis, columnis ornata [1], ut nihil pulchrius, nihil venuſtius unquam ſe vidiſſe, ultro fateantur qui præſentes jucundum hoc ſpectaculum intueri ac tot illuſtres majeſtatis Romanæ teſtes ex ſepulcro ſuo prodeuntes ac reviviſcentes coram obſervare potuerunt. In conſpectum ſeſe dabant picturæ, in quibus artem & elegantiam non ſatis mirari poſſunt harum rerum periti & ſine ſatietate iis delectari ſe, ajunt libereque confitentur earum nonnullas præclaris celeberrimorum, quos recentior ætas tulit, pictorum operibus palmam facere dubiam, eas præcipue, quæ Theſeum cum Minotauro [2] & Telephi, Herculis filii, educationem [3] ob oculos ponunt [4]. Prodibant ex Veſuvii cineribus ſtatuæ, quibus olim Herculaneum ita quaſi ſuperbiit, ut, qui erutas viderunt, utrum ingentem earum copiam, an ſingularum venuſtatem magis admirentur, ipſi neſcire ſe profiteantur [5]. Quot præconia in exterorum lit-

(1) Conf. illuſtriſs. marchion. Venuti *libr. memorat. p.* 126. *& memoir. ſur la ville ſouterrain. p.* 15.

(2) Lege, quæ habet Rudolphinus Venuti litteris apud ccl. Gorium, *admirand. antiquit. Herculan. vol.* 1 *ſymbol. litterar. p.* 48. & quæ ipſe p. 129. de hac pictura præſtantiſſima erudite diſſerit.

(3) Conf. quæ hac de re *novis litterar. Florentin. tom.* 1. *an.* 1740. *num.* 9. *p.* 138 commemorantur.

(4) De reliquis elegantiſſimis deorum, dearum, heroum, regionum, fluviorum, montium cet. imaginibus pictis, quæ ex ruinis Herculanei erutæ ſunt, vide ccl. Gorium *libr. memorat. p.* 48. 63. 64. pictorem Anglum apud clar. Munterum *parerg. p.* 121. *memoir ſur la ville ſouterrain. p.* 26. & marchion. Venuti, *libro laudato*, *p.* 126. 139. 146. *ſeq.*

(5) De ſtatuis his vide præter ceteros eminentiſs. cardin. Ang-

litteris effusa legimus de Herculis, Jovis, Minervæ, Veneris aliorumque numinum [1]: de Tiberii [2], Neronis, Vitellii [3] Vespasiani, Titi [4], feminarumque Augustarum: de togatis porro consularium virorum [5] statuis, quarum multæ ultra hominis magnitudinem adsurgunt? Quam mirifice prædicant equestrem Nonii Balbi [6] statuam, cujus pulcritudinem tantis efferunt laudibus, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatior, splendidior, ac magnificentior? Quam graviter dolent alii ingentem fractorum & violatorum simulacrorum vim, quam ita describunt, ut totum fere

Ang. Mar. Quirini *de Herculaneo epistolam* ad cel. Gœttingensium professorem, Jo. Matth. Gesnerum, Brixiæ an. 1748. editam, in qua plenior *descriptio excavationis, quæ in villa Resina fit*, exhibetur. Hæc descriptio, ex Italica lingua in Latinam a clar. Müntero translata, una cum ipsa epistola exhibetur in istius *parergis*, *p.* 103. Italice ea quoque apud cel. Gorium legitur *symbol. litterar. vol.* 1. *p.* 85. Adde illustriss. marchion. Venuti *loc. excit. p.* 103. Jac. Pelgradum *epistolis* IV. *ad virum eruditissimum Scip. Maffejum*, quæ Venetiis 1749. editæ sunt, *num.* II. III. & IV. & laudatum auctorem commentationis: *memoir. sur la ville souterraine*, p. 30.

(1) vid. *nov. litterar. Florentin. tom.* 1. anno 1740. *num.* 3. p. 42. Paullum Mariam Piacciaudium *loco* supra *memorato*, & Gorium *admirand. antiq. Hercul.* p. 47. 66. sq. 134. sq.

(2) Vid. Matth. Aegyptii literas in *symbol. litterar. Florent.* p. 55.

(3) vide *symbol. litterar. vol.* 1. p. 87.

(4) Ibib. p. 44. & 154.

(5) Vide Marcellum Venuti & Pacciaudium *locis* modo *memoratis*, p. 41. 68. & 71.

(6) Elegantissima hæc statua in omnibus fere literis, a cel. Gorio suppeditatis, summis laudibus effertur, inprimis p. 57. sq. 61. 68. 71. 74. 101. Adde illustriss. marchionem Maffejum supra laudata *epistola* ad Bernard. De Rubeis, p. 30.

fere Herculaneum oppletum iis fuisse videatur? Hæc vero quum ita sint, quis non videt, Herculanenses omnem suam curam in eo posuisse, ut civitatem redderent ornatissimam? quis ex ruinis non manifeste perspicit colonorum Romanorum æmulationem, qua in congerendis ornamentis patriam urbem exprimere atque ex ista omnem similitudinem ducere studebant [1]? Quis tum politiores doctrinas ab his æmulis leviter habitas sibi persuadebit, in quarum cultura Romani principes urbis decus atque ornamentum collocandum esse, arbitrati sunt? Quis denique artifices peritissimos, architectos, pictores, atque eximios statuarum fabricatores in hac civitate exstitisse; aut, his admissis, ipsas liberales disciplinas, aliarum urbium exemplo, cum artibus his consociatas fuisse, negabit, ac, quoad literarum studia, barbariem ibi funestam resedisse, suspicabitur, quam priorum Imperatorum tempore ex tot aliis provinciis ac regionibus: immo ex ipsis adeo, quæ circum urbem hanc fuerunt, villis aliisque locis proscriptam ac sedibus suis pulsam, læto animo cernimus?

QVID multa? ipsa ejus urbis saxa literata, quæ benignior fortuna per tot secula in terram demersa nostro tempore extulit, rem, a nobis disputatam, extra omnem dubitationem ponunt. Pro-

(1) Conf. Ezech. Spanhemium *orb. Rom.* p. 68. 77. de *usu & præstant. numismatum*, *vol.* 1. p. 580. Justum Lipsium *de magnitud. Rom. lib* III. *cap.* 2. & 5. *tom.* III. *operum*, p. 749 770. & cel. Everard. Ottonem *de ædil. colon. & municip. cap.* II. p. 45. sq.

Probat id, quod jam CAPACII ævo in lucem eductum fuit, insigne hujus civitatis monimentum [1], quo cives beneficia M. Memmiorum Rufo-rum, patris & filii, ipsis tributa, posterorum memoriæ sedulo commendant atque in eorum numerum scholam potissimum, ab iis ædificatam, referunt, ut ex his lapidis verbis: M. MEMMIOS RVFOS PEQVNIA PONDERALI ET CHALCIDICVM ET SCHOLAM SECVNDVM MVNICIPII SPLENDOREM FECISSE, abunde intelligitur. Supervacaneum foret, si multum de lapidis hujus loco, quo inventus est, eam ob caussam disputare vellem, quod REINESIVS [2] dubitanter de eo pronuntiaverit, hæsitaveritque, utrum ad Pompejos, an ad Herculaneum id saxum debeat referri. Omnes enim norunt, duas has urbes inter se admodum vicinas ac consociatas quasi extitisse [3]; per consequens autem summa adest probabilitatis species, quas situs tam arcte conjunxit, in illis sine dubio artium studiorumque exstitisse conjunctionem ac societatem, si etiam alterutra harum urbium publicam scholam non habuerit. Eo tamen majori jure

(1) Est istud apud Jul. Caes. Capacium *hist. Camp. cap.* IX. p. 64. Thomam. Reinesium *class.* VII. *inscr.* II. p. 484. Ant. Franc. Gorium *admirand. antiq. Hercul.* §. XX. p. 171. illustrissimum marchion. Venuti *descrizione delle prime scoperte dell' antica città d' Ercolano*, *part.* I. *cap.* 3. p. 39. & auctorem supra excitatæ commentationis: *memoir. sur la ville souterraine*, p. 16.

(2) *Loco excitato.*

(3) Colligi hoc potest ex Plinio *lib.* III. *cap.* 5. Floro *lib.* I. *cap.* 16. Seneca *lib.* VI. *quæstion. natural. cap.* 1. & 26. aliisque. Adde Christ. Cellarium *notit. orb. antiq. tom.* I. p. 844. Philipp. Cluverium *Ital. antiq. lib.* IV. *cap.* 3. p. 1154.

jure insigne hoc monimentum Herculanensibus adsignare mihi videor, quod ab eorum partibus stetit hac in re CAPACIVS [1], cujus auctoritati multum tribuendum esse, omnes fatentur, cum ob singularem, quam priscis Campaniæ saxis dijudicandis atque inter se discernendis adhibuit, curam; tum quod ipse Herculanei situm designavit feliciter, & eo loco inscriptionem, de qua disputatur, effossam esse, perhibuit. Quid? quod alia majoris momenti quæstio ab eodem REINESIO in medium adferatur, quæ ad ipsam potissimum scholam pertinet, cujus in hoc lapide facta est mentio. Meo quidem judicio, nisi me omnia fallunt, scholam hanc manifestum literatæ civitatis indicium esse arbitror, atque in hoc lapide relicta Herculanensium musarum vestigia impressa observari credo; sed longe aliam REINESIVS tuetur sententiam. Is enim non ingenuas artes, musas, aut juvenes literis operam dantes, magistrosque, ingeniis fingendis formandisque adhibitos; sed cives otiosos, ambulantes & congressionum caussa huc convolantes eo in loco, quem *scholam* adpellatam cernimus, invenisse, sibi visus est. Libens concedo, scholam non ludum solum literarium designare, sed alias quoque significationes voci huic tam in priscis scriptoribus, quam saxis literatis fuisse adsignatas; nec nego, in antiquis ingeniorum monimentis scholas scribarum, librariorum, & præconum, viae-

(1) *Antiq. & hist. Campan. cap.* IX. p. 64. adde Camillum Peregrinum *de Campan. felic. diss.* II. *cap.* 23.

[1] viatorum [2], quæſtorum & capulatorum [3], fabrorum & tignariorum [4], militum [5], peditum, equitum, miniſtrorum caſtrenſium [6], ſcutariorum [7], ſpeculatorum [8], exceptorum, chartulariorum, palatinorum *cet.* [9] ſcholas porro, in balneis aliiſque locis conſtitutas [10], memorari: non nego, inquam, hoc nomen varia collegia, corpora, ordines, ipſaque, ubi eorum congreſſiones fiebant, loca geſſiſſe; ſed, quam ob cauſſam conſtans, antiqua ac propria vocis hujus ſignificatio, qua pro ludo uſurpatur literario, deſerenda ſit aliaque in hoc marmore arceſſenda, nullo pacto me adſequi poſſe, libentiſſime fateor. Id eo tutius ad-

(1) Vid. Gruterum p. CLXX. *inſcr.* 4. Fam. Nardinum *Rom. vet. tom.* IV. *theſ. ant. Rom.* Graevii, p. 877. Alex. Donatum *Rom. vet. ac recenſ. tom.* III. *memorati theſauri*, p. 334.

(2) Leg. Gruterum p. CLXIX. *inſcr.* 4.

(3) Conf. P. Victorem *de region urb. tom.* III. *excitati theſauri*, p. 37. & Sext. Rufum *tom. eod.* p. 25. Adde Guidon. Pancirolum *deſcript. urb. Rom. tom.* III. *theſauri* modo *laudati*, p. 334. Fam. Nardinum *Rom. vet. lib.* III. *cap.* 10. & Lud. Coel. Rhodiginum *lection. antiq. lib.* XXX. *cap.* 20. p. 1698.

(4) Teſte Grutero p. CLXIX. *inſcr.* 6.

(5) Conf. Vegetium *lib.* II. *cap.* 21. & ex recentioribus Ratbod. Herm. Schelium *not. ad Hygin. tom.* X. *theſ. Gravian. ant. Rom.* p. 1086. Jac. Gutherium *de offic. dom. Aug. lib.* II. *cap.* 14 *lib.* III. *cap.* 10.

(6) Vid. Henr. Valeſium *not. ad Ammian. Marcellin. lib.* XIV. *cap.* 7. p. 38.

(7) Ibid.

(8) Conf. Gruterum p. CLXIX. *inſcr.* 7.

(9) Leg. Sam. Pitiſcum *lex. ant. Rom. tom.* III. p. 350. Henr. Valeſium *loc. memorato*, p. 38. Jo. Bapt. Ferrerium *muſis lapidar.* p. 142.

(10) Vide Vitruvium *lib.* V. *cap.* 10. & Reineſium p. 488. *inſcript.*

adfirmari posse, mihi videtur, quum plurima ejusmodi scholarum pars eo, quo Herculaneum adhuc stetit, ævo plane incognita fuit; quæ vero ex illis exstiterunt, aut *scholarum* nomen non habuerunt [3]; aut ita non simpliciter adpellatæ; sed ipsa collegiorum nomina vel addita; vel illa alio marmoris ejusdem loco diserte commemorata sunt. Quando nonnulli ex chalcidico, quod scholæ adjunctum in marmore cernimus, refutatam hanc de schola sententiam tueri volunt [1], insigniter sese fallunt. Primum enim nullo idoneo testimonio potest probari, chalcidicum, ut multi quidem sibi persuadent, fuisse officinam nummariam, qua pecunia fuerit cusa [3], &, ubi id esset satis exploratum, num, quæso, potest ex eo confici, quod chalcidicum hoc scholam attigerit? An num hujus pariter atque illius usus communis & ædificium, quod *scholæ* habet nomen, negotiatorum proprium exstitit? Quasi vero non potuissent in uno loco posita fuisse duo ædificia, quorum alterum nullum plane habuit commercium cum altero, ne dicam, quod situs eorum ex ipso, de quo disputamus, marmore probabilis effici; nedum diserte designari nequeat. Ex eo enim, quod duo hæc ædificia in lapide nostro conjuncta

(1) Quando porticus nonnunquam *scholarum* habuerunt nomen, factum id esse, videtur, quoniam in istis ludi literarii instituti sunt.

(2) Sine dubio Reinesius *loc. excit.* ut omnes rationes docent, per id ad sinistram hanc de Herculanensium schola sententiam perductus est.

(3) Vid. Jul. Caes. Capacium *antiq. & hist. Camp. cap.* IX. p. 64.

junctа compareant, nulla ratione colligi aut potest, aut debet, ea re ipsa quoque exstitisse inter se conjuncta. Deinde, si quid in re dubia statuendum est, chalcidicum porticus genus fuisse, videtur [1], id quod eo majori sese tuetur probabilitatis specie, quum ex ipsis Herculanei ruinis pateat, habuisse Herculanenses ejusmodi magnificam multisque elegantibus picturis ornatam porticum [2], quæ cum ea chalcidici structura, quam VITRUVIUS designat, haud inepte conferri ac comparari potest. Hæc quum ita sese habeant, alii eodem jure, quo nonnulli ex chalcidico officinam pecuniæ cudendæ faciunt, locum hunc itidem litterarum & eloquentiæ potissimum studiis Herculanensibus consecratum autumant [3] idque eo majori veri similitudine statuunt, quum notissimum sit, in basilicis non solum; sed in porticibus etiam, quæ illis adjunctæ fuerunt, ludos literarios institutos fuisse: rhetores philosophos-

(1) Leg. Alex. Donatum *de urb. Rom. lib.* IV. *cap.* 2. Thom. Reinesium *var. lection. lib.* III. *cap.* 5. p. 173. Claud. Salmasium *not. ad Spartian. Pescenn. Nigr. tom.* I. *script. hist. aug.* p. 677. Adr. Turnebum *lib.* XVIII. *adversar. cap.* 34. p. 575. Sam. Pitiscum *lex. antiquit. Rom. tom.* I. p. 411. & illustr. marchion. Marcellum De Venuti *descrizion. delle prim. scoperte dell' antica città d' Ercolano*, *cap.* III. p. 40.

(2) Conf. modo excitat. Marcellum De Venuti *loc. memorato* & supra laudatum libellum: *notizie curiose intorno allo scoprimento della città d' Ercolano*, §. IV. Adde Ant. Franc. Gorium *admirand. antiq. Herculan.* §. XX. p. 170. & illustriss. marchion. Scip. Maffejum *epist. ad* Bernard. De Rubeis, p. 36.

(3) Conf. Jul. Caes. Capacium & Marcellum De Venuti, *locis memoratis*.

que se audiendos populo præbuisse [1] atque in istis ingenia, in scholis antea ficta formataque, vires suas fuisse experta. Si denique chalcidicum, ut probabile est, porticus speciem ac formam retulit, non video, quare id non multorum hominum, qui diversum vitæ genus amant; qui literis sese consecrant; aut otium quærunt; aut mercaturas faciunt, utilitatibus & commodis destinatum fuisse haud potuerit. Et quis, quæso, quum Memmios ponderum Herculanensium vitia correxisse, in lapide legerit, quis, inquam, ex eo suspicabitur, & scholam & chalcidicum ponderum inquisitioni consecratum fuisse? Næ, iste vetustos lapides parum se inspexisse, proderet, in quibus sæpe diversa beneficia his, vel illis tributa commemorantur ac conjunguntur, quæ nullo inter se cohærent vinculo. Quam ob caussam verissimum esse, arbitror, quod Herculanenses in hoc lapide Marcis Memmiis Rufis gratum & obstrictum animum pro officina bonarum artium profiteri voluerint, quamvis haud definiri posse, libens fatear; utrum nova eaque prima schola a præclaris his viris ædificata; an pristina restituta &, ut fere ex lapidis verbis conici posse videtur, splendidior facta sit, quæ fortasse

(1) Vid. Plinium *lib.* xxxv. *cap.* 10. & ad hunc locum Harduinum & Dalechampium. Adde Plinium juniorem *lib.* 1. *epist.* 22. *lib.* 11. *epist.* 14. Quinctilianum *lib.* x. *instit. orator. cap.* 5. aliosque apud doct. patrem *diss. de gymnasiis litterar. vet. Rom.* §. v. p. 23. Bibliothecas prope porticus positas fuisse testatur Suetonius *vit. Aug. cap.* xxix. §. 9. Leg. Sam. Pitiscum *vol. ad hunc loc.* p. 220.

taſſe Neronis tempore concidit, quo partem urbis, graviſſimo terræ motu vexatæ, ruiſſe, & miſere conquaſſatam deſcendiſſe, novimus [1]. Atque in hoc ſplendido ac publico ædificio, non eſt dubium, quin meritiſſimi iſti viri non ſolum ludum literarium ita diſpoſuerint, ut is publicæ ſcholæ ſpeciem præ ſe ferret [2]; ſed etiam ex patria

(1) Vide Senecam *lib.* VI. *nat. quæſt. cap.* 1. & quæ de Pompejorum eodem tempore triſtibus fatis Tacitus habet *lib.* XV. *annal. cap.* 22. Memmii Rufi ſcholam utrum primam ædificaverint; an priſtinam collapſam reſtituerint, definiri quidem non poteſt; poſterius vero ex eo quodammodo patere arbitror, quoniam marmor eos ſcholam ad *municipii ſplendorem feciſſe*, perhibet.

(2) Privatæ enim ſcholæ non in ædificiis ſingularibus & eum ad finem conſtructis; ſed ubicumque fere, in ædibus privatis: itemque in theatris, templis, baſilicis, porticibus, hortis, curiis cet. inſtitutæ ſunt. Sed quærere quis poſſet: utrum etiam ſalaria acceperint hi literarum magiſtri, qui in publica Herculanenſium ſchola juvenes docuerunt? Valde de hac re dubito. Nam, quæ Veſpaſianus de annuis centenis ſanxit, ad Romam urbem ſolum ſpectaſſe videntur: vid. Suetonium *vit. ejus*, *cap.* XVIII. §. 1. 2. p. 973. Sub Antonino demum pio ideoque longe poſt triſtia Herculanei fata per omnes provincias honores & præmia ampliſſima rhetoribus & philoſophis proponebantur, qua de re videas. Juſt. Lipſium *admirandis*, *tom.* III. *operum*, p. 842. Jo. Chriſtian. Sagittarium *otio Jenenſ. diſſ.* IX. p. 227. Ludovicum Creſollium *theatr. rhetor. lib.* IV. *cap.* 3. Claud. Salmaſium *not. ad Capitolini Anton. Pium*, *tom.* I. *ſcript. hiſt. aug.* p. 275. Iſaac. Caſaubonum *not.* ad Sueton. *vit. Veſpaſian. cap.* XVIII. p. 686. doct. patrem *diſſ. de variis modis literas colendi apud veteres Roman.* §. III. p. 62. ejus *parerg. academ.* & *diſſ. de præmiis vet. ſophiſt. rhetor. atque orat.* §. VIII. ſq. ib. p. 119. ſq. alioſque a Jo. Alb. Fabricio *bibliograph. antiquar.* p. 527. commemoratos. Fortaſſe M. Memmii Rufi, quemadmodum de Plinii & Eficii Caluini liberali erga præ-

tria urbe arceſſendos curaverint, qui juvenes artibus liberalibus ad humanitatem informarent, eorumque ingenia præclaris literarum ſtudiis expolirent ac fingerent. Id autem eo majori ſeſe commendat probabilitate, quod patroni coloniarum, quales & apud Herculanenſes fuiſſe, antiqua ſaxa docent, principem officii ſui partem ad id retulerunt, ut urbibus, quarum felicitatis cuſtodes, defenſores ac vindices exſtitiſſe graviſſimos, ſcimus, quævis ornamenta pararent, atque imprimis cives ad ſtudiorum ſocietatem perducerent, eoſque a barbarie ad vitam cultiorem atque ab inſcitia ad variam doctrinam transferrent. Quid? quod idem negotium & ſibi quoque datum eſſe, exiſtimarint decuriones ac duumviri atque, ut præter alios recte JVL. CAES. CAPACIVS obſervat, ſedulo curaverint, ut in urbe grammatici, philoſophi, ac rhetores eſſent? Quæ autem quum ita ſint, eamdem præclaram curam Herculaneo ornando ejus coloniæ duumviros & decuriones adhibuiſſe, ſummo jure dicendum eſſe, videtur atque adfirmandum, eos, aliorum

præceptores voluntate conſtat, ut ex illius *lib.* IV. *ep.* 13. &, quoad hunc, ex Suetonio de *illuſtr. grammat. cap.* III. §. 3. patet, de ſuo nonnulla ſtipendia iis, qui ibi docuerunt, decreverunt. Si etiam hanc munificentiam ipſorum domeſticæ rationes haud tulerunt; nullum tamen eſt dubium, quin magna grammaticorum copia Herculaneum convolaverit, cum quod ex ſolis donis ac præmiis, quæ a parentibus, quorum filii ipſorum curæ traditi fuerant, accipiebant, maximas opes ſibi colligere poterant; tum ob amœniſſimam in Campania vivendi rationem, quæ nobiliſſimos quoſvis Romanos ita alliciebat, ut multi eorum ibi, quam Romæ, commorari ac vitam agere mallent.

rum excitatos exemplis, literarum flore civitatis suæ fortunam metiri atque in illarum cultura hujus principem felicitatem ponere, solitos fuisse.

RELICTA schola, haud abs re fore arbitror, ad alias quoque descendere infelicis hujus urbis ruinas atque in his rimari, quæ calamitosa ac funesta illa sub Tito tempestas depressit; quæ vero per tot secula benigniori fortuna posteris servata sunt, insignia litteratæ civitatis monimenta. Nolo autem in præsens fuse in quorumdam narrationes de invento gymnasio Herculanensi inquirere, ac, quantum illis fides habenda, quantumve pretium sit statuendum, rite definire. Quamquam enim certe persuasus sum, firmissimum sane id fore argumentum, quod rem de literarum in hac urbe studiis, a nobis disputatam, extra omnem dubitationem poneret: quamquam porro litteratum esse, qui ignoret, arbitror neminem, quod in omnibus fere Græciæ oppidis ac coloniis gymnasia exstiterint [1], ac per consequens sine omni dubio jam antiquo ævo a Græcis, per Campaniam diffusis, & Herculaneum quoque delatis coloniis, ingenii pariter ac corporis exercitia fuerint instituta; multas tamen præ me ferre videor rationes, quare fefelliſſe se eos putem, qui gymnasium se inveniſſe, sunt arbitrati, quod cum chalcidico; aut ipso foro ab his confusum fuisse, summa adest probabilitatis

(1) Vid. Jul. Cæsarem Capacium *antiquit.*, & *hist. Neapol. cap.* XIX. p. 150.

ſpecies [1]. Ac de hoc itidem varia memorare ac monſtrare poſſem, in eo adcuſationes pariter ac defenſiones ſine eloquentia; aut orationis vi atque arte eſſe haud potuiſſe, tempore in primis primorum auguſtorum Cæſarum, ſed libens hæc, ne ſcriptionis hujus limites tranſgrediar, prætereo & confero me potius ad aliud, ad quod via nos nunc ducit, præſtantiſſimum Herculanenſium ædificium, cujus pulcritudinem, in ruinis ceteroquin maxime ſepultam, non ſatis mirari poſſunt harum rerum periti. Deſcribunt id ita [2], ut & eo loco ſpirantes adhuc in Veſuvii cineribus Campanas muſas facili negotio obſervari poſſe, crederem. Templum ibi fuiſſe, ajunt, magnificum & inventam non ſtatuam ſolum Herculis; ſed ſimulacra quoque elegantiſſima nonnullarum dearum, ſociarum quaſi illius numinis. Has muſas fuiſſe, certiſſime credo [3] cum aliis, & Herculem earum ducem, quæ quidem mira diverſiſſimi numinum ingenii conſociatio; a Romanis tamen uſu confirmata [4] & apud Herculanenſes eo magis pro-

(1) Id inprimis obſervavit auctor ſupra jam excitatæ commentationis: *memoire ſur la ville ſouterraine au pied du mont Veſuve*. p. 15.

(2) Vid. literas Joſephi Stendardi, architecti Neapolitani, apud Ant. Franc. Gorium, *admirand. antiq. Hercul.* p. 30.

(3) Vid. Gorium, *loco memor.* p. 109.

(4) Conf Plutarchum *quæſt. Rom.* LIX. Suetonium *vit. Aug. cap.* XXIX. §. 13. Eumenium *rhetorem, orat. pro reſtaur. ſchol. cap.* VII. §. 3. p. 65. *panegyric. veter.* Cellarii: Ovidium *lib.* VI *faſtor.* v. 799. Adde Alex. Donatum *de urb. Rom. lib.* III. cap. 15. Barthol Marlianum *topogr. urb. Rom. lib.* V. *cap.* 9. & Sam. Pitiſcum. *not. ad Sueton.* p. 221.

probata fuit, quod numen eorum quasi tutelare ac præcipuum Hercules erat [1] & ipsi per id sine dubio significare volebant, fortitudinem ac bellandi peritiam cum humanitatis studiis conjungendam hocque præstantissimarum virtutum commercium religione quoque firmandum esse. Hæc fuit sine dubio Herculanensium persuasio, ex qua facile colligi posse puto, artes liberales in deliciis apud ipsos habitas fuisse, quarum præsides, musas quippe, tam religiose colere venerarique voluerunt. Quis enim illis non officinas paratas suspicabitur, ubi his splendidum ac magnificum consecratum cernit templum?

Multa hic observanda forent, si singula hujus Herculanensis musarum templi memorabilia contemplari vellem; sed redeundum potius, unde digressi sumus, existimo, ut ad theatrum iterum veniamus, quod supra jam prætereundo quasi vidimus. Neminem enim puto fore, qui, in theatris ac ludis scenicis artem poeticam olim sedem suam habuisse, ignoraret, ita ut, quæ de Neapolitanis observavit Jul. Cæs. Capacius [2], adparatos ab ipsis ludos in theatro fuisse, a pace & otio non alienos, *poetices*, *musices*, *rhetoricæ*, *comœdiarum oblectamenta*, eadem & de Her-

(1) Patet hoc ex antiquis monumentis ac saxis literatis apud Alexium Symmachum Mazochium *comm. in mutilum Capani amphitheatri titulum. cap.* VIII. p. 148. Franc. Mar. Pratillium *de via Appia*, *lib.* II. *cap.* 7. p. 189. 190. & sæpius laudatum cel. Anton. Franc. Gorium *admirand. antiq. Hercul.* §. VII. p. 14. sq.

(2) *Antiquit. & histor. Campan. cap.* XVIII. p. 147.

culanenſibus, quum theatrum habuerint [1], ſummo jure adfirmanda eſſe, videantur. Quæ quum cogito, in memoriam ſimul redeunt alia ludorum genera & inprimis quinquennales illi ludi, quos in Auguſti Cæſaris honorem inſtitutos fuiſſe, Suetonius [2] memoriæ prodidit vero. Quis in his ludis inter alia certamina litteratam pugnam poetarum atque oratorum neſcit [3]? Quot illuſtria in illis edebantur eloquentiæ ac poeſeos ſpecimina, laude digniſſima? quam ſtrenue alter alteri palmam dubiam facere & ingenii ſui vires omnibus oſtendere ac commendare ſtudebat? Non poterat non in iis provinciis atque urbibus litterarum ſtatus florentiſſimus atque exoptatiſſimus eſſe, in quibus ipſa ingenia inter ſe ita certabant ac tantus honos liberalibus artibus tribuebatur, id quod & de Herculanenſibus noſtris non ſine ratione adfirmari poſſe, mihi videtur. Suetonius [4] enim ludos hos quinquennales pæne oppidatim in Auguſti honorem factos eſſe, refert, uti hoc etiam exempla Pergamenorum apud Dionem *Caſſium* [5], Cæſareenſium & Hieroſolymitanorum apud Joſephum [6]; inprimis vero Neapolitano-

(1) Theatri hujus ſolus Dio *Caſſius*, *lib.* LXVI. p. 756. meminit, quem locum inepte Petrus Laſena *dell' antico ginnaſio Napolitano*, *cap.* IV. de theatro Neapolitano interpretatur.

(2) *Vit. Aug. cap.* LIX. § 4.

(3) Vid. Jul. Caeſ. Capacium *hiſtor. & antiquit. Neapolit. cap.* XVI. p. 135. ubi fuſe de his ludis & certaminibus literariis diſſeritur: adde Sam. Pitiſcum *not. ad Sueton.* p. 288.

(4) *loco excitato*.

(5) *Lib.* LI. p. 458.

(6) *Lib.* XV. *antiquit. Judaic. cap.* 11. & *lib.* XVI. *cap.* 9.

tanorum apud memoratum Dionem [1], Suetonium [2], Vellejum Paterculum [3] ac Strabonem [4] abunde confirmant. Inter hos Suetonius excitato loco [5] disertis tradit verbis, in provinciis pæne oppidatim ludos hos factos fuisse; ex eo autem facili negotio confici posse, existimo, Neapolitanorum exemplum & reliquas Campaniæ urbes esse sequutas & inter has Herculaneum haud infimum locum eam præcipue ob caussam tenuisse, quod ibi theatrum fuisse, ejusque cives ludos alios adparasse & in iis animi oblectamenta quæsivisse, compertum habemus. Maxime igitur probabile est, quos voluptatis caussa ludos instituisse novimus, ab his adparatissimos sine dubio fuisse datos, quum reverentia erga principem id postulare videretur.

Iis, quæ de litterarum flore apud Herculanenses memoravi, haud exiguam lucem nonnulli vetusti lapides litterati & statuæ accendunt. Ipsæ inscriptiones, quas benignior fortuna nobis indulsit, tam Græca, quam Latina lingua sunt conscriptæ [6] & ita comparatæ, ut in multis sermonis elegantiam castitatemque optime servatam vi-

(1) *Lib.* LI. P. 456.
(2) *Vit. Aug. cap.* XCIX. §. 5.
(3) *Lib.* II. *cap.* 123. §. 2.
(4) *Lib.* V. p. 377. edit. Almeloveenii.
(5) *Vit. Aug. cap.* LIX. §. 4.
(6) In nonnullis, quæ in agro Neapolitano & finitimis locis repertæ sunt, inscriptionibus quoque observabis, eas partim Græcis, partim Latinis versibus compositas esse, id quod plerumque indicium est Græcæ urbis, quæ colonos Romanos accepit, ut etiam de Herculaneo constat.

videamus [1]. In his una, metri vinculis ligata, & ad laudem Veneris ita compoſita eſt, ut poeticam artem Herculanenſes coluiſſe, facile ex illa adpareat [2], quæ veſtigia etiam in aliquot inventis elegantiſſimis pavimentis nobis quodammodo remanſerunt, quum in illis heroum res geſtæ, ab Homero deſcriptæ, miro artificio exhibentur. Idem adfirmandum eſt de variis inſcriptionibus Romanis, quæ quamvis nihil ſingulare; aut, quod præ ceteris elegans ac pulcrum ſit, complectantur; ita tamen ſunt exaratæ, ut non ab indocta, ac litterarum rudi gente profectæ eſſe, videantur. Ipſa ſaltem marmora evidens nobis præbent argumentum, fuiſſe in hac civitate, qui apte ſcienterque tam Græce, quam Latine ſcriberent. Ac de Latinæ quidem linguæ uſu, poſt

(1) Inprimis huc pertinet inſcriptio, ibi eruta. apud Capacium *hiſt. & antiq. Camp.* p. 34.

(2) Vid. eminentiſſ. cardin. Angel. Mar. Quirinum in *relazione del cavamento, che ſi fa nel villaggio di Reſina*, quæ adjecta eſt ejus *epiſtolæ ad eel.* Jo. Matth. Geſnerum, Brixiæ, MDCCXLVII. editæ. Scio quoque, dari nonnullos, qui poetam Archiam ab Herculanenſibus ſummis honoribus adfectum eſſe, putant, hancque in rem ad Ciceronem *pro Arch. cap.* IV provocant. Non nego, haud obſcurum id fore argumentum, ex quo conſtaret, apud Herculanenſes ingenia æſtimata fuiſſe artemque poeticam in hac civitate & patronos & amatores habuiſſe; ſed turpiter ſeſe fallunt, qui effatum hoc Ciceronis de Herculanei civibus interpretantur. Res ipſa oſtendit, loqui eum non de Herculaneo; ſed de urbe Heraclea in magna Græcia, prope os Aciris fluvii in ripa dextera, inter Metapontum & Tarentum, quam Livius *lib.* VIII. *cap.* 24. *Tarentinorum* dicit *coloniam*. Vide Cellarium, *notit. orb. antiq. tom.* I. p. 910. Cluverium *Ital. antiq.* p. 1273. doctiſſimos interpretes ad memoratum Ciceronis locum *tom.* II. *part.* 2. *orationum* p. 285. edit. Graevii: Claud. Salmaſium *exercit. Plin.* p. 42.

post Græcam in Campaniam delatæ, eo minus est dubitandum, quum Græcos in hac regione istam sedulo didicisse; Cumanos vero, Herculanensium vicinos, jam anno urbis conditæ 572. senatum Romanum rogasse, novimus, ut Romana lingua quasi honoris caussa uti, ipsis liceret [1]. In aliis marmoribus varii nobilissimi viri memorantur, quos liberalibus artibus institutos fuisse, certo scimus: saltem res ipsa ad summam probabilitatem potest perduci. Ita ad oratores Herculanenses maximo jure is est referendus, qui in senatu hujus civitatis amplissimo [2] Memmiorum Ruforum erga coloniam beneficia ac merita oratione celebravit, eaque multis laudibus extulit [3]. In eumdem censum cadunt Volusius & P. Cornelius, oratores tempore imperatoris Claudii [4]: itemque Nonius Balbus, quem extra patriam suam prætoris in urbe; postea vero proconsulis munere in provincia aliqua [5] perfunctum esse, ex la-

(1) Conf. Livium *lib.* XI. *cap.* 42.

(2) Amplissimum sane fuisse senatum Herculanensem tempore Claudii cæsaris, ex eo patet, quod in tabula ahenea apud Capacium *antiquit. & histor. Campan.* cap. IX. p. 65. Senatores CCCLXXXIII. qui præsentes fuerunt, numerantur. Eadem insignis tabula exhibetur apud Thom. Reinesium *class.* VII. *inscript.* II. & in *inscriptionib. Donianis*, ab Ant. Franc. Gorio editis, *class.* II. *num.* 66.

(3) Orationis hujus mentionem facit lapis, qui scholam Herculanensem commemorat, & de quo jam supra disputatum est. Exhibetur ille apud Reinesium, *class.* VII. *inscript.* 15. p. 484. aliosque plures.

(4) Vid. Jul. Cæs. Capacium *loco memorato*, & *memoir. sur la ville souterrain.* p. 23.

(5) Satis constat, quantopere criticorum ingenia in explicanda

lapide antiquo colligi potest. Atque hunc Nonium Balbum, cui Herculanenses summos tribuerunt honores, ipsique elegantissimam illam, cujus jam supra mentionem feci, statuam posuerunt, merito litteratis viris Herculanensibus adnumero, quum is ille esse videatur, qui anno urbis conditæ 722. Cæsarem contra C. Sossium, una cum Cn. Domitio Ahenobarbo eo anno consulem, ejusque criminationes defendit [1] idque eam potissimum ob caussam, quod neminem iis temporibus sola naturali vi sine rubore ac pudore verba publice facere, sibi sumsisse, certa persuasus sum sententia.

Ad præclaros hos viros Appium Pulcrum, cui Herculanenses itidem statuam; usque adhuc tamen nondum inventam, statuerunt [2], merito ad-

canda hac Herculanensi inscriptione; M. NONIO. M. F. BALBO. PR. PRO COS. HERCVLANENSES, occupata fuerint & quam diverso modo pauca hæc verba descripta sint, ut ex iis, quæ hac de re celeberrimi viri, Gorius, Quirinus aliique commentati sunt, satis liquet. Omnium maximam probabilitatem habet interpretatio Maffeii, epistol. italice ad Bernard. de Rubeis *sopra le nuove scoperte d' Ercolano* scripta. p. 30. sq. & cel. Jo. Casp. Hagenbuchii, *epist. epigraphic. de diptycho Brixiano Boethii consulis*, p. CLXVIII I. Uterque siglas P. R. conjungit & contrahit, autumatque Nonium Balbum prætoris munere Romæ perfunctum, postea in provinciam aliquam missum ibique proconsulis dignitate ornatum fuisse. Provinciam hanc Cretam cum Lybia Cyrenaica fuisse, suspicatur illustrissimus marchio, hancque in rem ad alium Herculanei effossum lapidem provocat, in quo verba legimus ..... BALBO PRO COS ... CRETENSIVM. PATRONO.

(1) Vid. Dionem *Cassium*, *lib.* 1. p. 419.

(2) Id enim patet ex basi statuæ, in Herculis Musagetæ templo inventa, apud Gorium *admirand. antiq. Hercul.* p 107. ex qua nonnulli non sine caussa collegerunt, fuisse hunc Appium Pul-

adjungo, quum omnes norint, Claudiam gentem, ad quam Appius ille Pulcer sine dubio pertinuit, politioris doctrinæ & eloquentiæ imprimis laude exstitisse florentissimam, quemadmodum id satis de Appio Claudio [1]: Appio Claudio Pulcro, Appii Claudii Pulcri filio [2]: C. Claud. Pulcro [3]: Appio Claud. Pulcro, socero Bruti & fratre P. Claudii filioque Appii Claud. Pulcri [4], deque aliis constat, quos omnes Cicero eloquentiæ nomine laudat, quumque noster, sine dubio ex hac stirpe ortus, coloniæ Herculanensis patronus fuit; aut alio amplissimo munere in hac civitate perfunctus est, nullo pacto adsequi me posse, fateor, quomodo is in tam splendidissima hac familia

Pulcrum templi hujus aut auctorem, aut restitutorem. Quis ille *Appius Pulcer* Herculanensis fuerit, certe definiri posse, non credo, id quod in tanta Appiorum & Cajorum Pulcrorum multitudine, qui ad Claudiam gentem pertinuerunt, eo difficilius est; quo minus ætatem hujus marmoris compertam habemus. Glandorpius *onomast. hist. Rom.* p. 226. Appium quemdam Pulcrum commemorat, cujus Cicero *orationibus pro domo: pro Plancio* atque *in Verrem* IV. & VI. itemque Plinius *lib.* VIII. *cap.* 7. mentionem fecerint, quippe, M. Antonio & Postumio consulibus, ædilis, nec non prætor atque anno DCLXXII. consul fuerit. Sed, unde probari potest, hunc Appium Pulcrum esse eumdem cum illo, cujus supra memorati scriptores meminerunt? Ex Claudia enim gente patet, plures fuisse Appios Claudios Pulcros, Cajorum filios.

(1) Vid. Valerium maximum *lib.* VIII. *cap.* 13. & Ciceronem *de clar. orator. cap.* XIV.

(2) Qui consul fuit anno urb. cond. IↃCXI. Meminit ejus Cicero *loc. cit. cap.* XXVIII.

(3) Consularem dignitatem nactus est an. DCLXII. vid. Ciceronem *ibid. cap.* XLV.

(4) Gessit is consulatum an. DCC. Laudat eum *eodem libro* Cicero *cap.* LXXVII. vid. Jac. Proustium *not. ad hunc locum*.

milia ſolus extitiſſe potuerit, qui ad eamdem claſſem cum C. Mario, face illa civilis belli, referri debuiſſet, cujus barbara & horrida vox apud Salluſtium [1] eſt: *græcas litteras non didici*. Idem ſtatuendum eſt de L. Annio, L. filio, cujus marmorea ſtatua Herculanei inventa eſt una cum inſcriptione, a Lud. Ant. Muratorio [2] exhibita, ne aliorum marmorum mentionem faciam, quæ abunde docent, Anniorum familiam in tota Campania celeberrimam ac omnium fere meritiſſimam fuiſſe, ut ex inſcriptionibus Gudianis, ab Heſſelio editis [3]: ex illis porro, quas Mazochius [4], quas Gruterus [5], quas cel. Gorius [6] exhibent, atque ex tabula inſigni ahenea Canuſina, poſt Jac. Sponium [7] & Raphael. Fabrettum [8], a Jo. Lamio edita [9], quæ in muſeo Vincent. Mar. Riccardii Florentiæ eſt, abunde liquet. Excurrere quoque hic poſſem ad alias familias Herculanenſium nobiliſſimas, quæ in ſaxis litteratis commemo-

(1) *Bello Jugurth. cap.* LXXXV.

(2) P. DCCLXXIX. & MMXXI. *inſcr.* I.

(3) P. LXXIII. *inſcr.* 9.

(4) *De Campan. theatr. cap.* VIII. p. 157.

(5) DCLXVIII. *inſcr.* 6.

(6) *Admirand. antiquit. Hercul.* p. 125.

(7) In *Miſcellan erud. antiquit. ſect.* VIII. p. 280.

(8) *Inſcript. cap.* IX. *num.* 9. p. 598. Ejuſdem tabulæ mentionem fecit Henr. Noriſius *epiſt. conſular. tom.* II. *operum*, p. 993.

(9) Sub inſcriptione: Joannis Lamii *in antiquam tabulam aheneam, decurionum nomina & deſcriptionem continentem, obſervationes, Florentiæ*, MDCCXLV. Contra has obſervationes prodierunt *lettere criticbe ſcritte da un' accademico Fiorentino a un' accademico etruſco*, Lucæ MDCCXLV.

morantur, nominatim ad Viciariam, Atiliam, Attiam, Voluſiam, Corneliam aliaſque, a Gorio [1] recenſitas; ſed taceo de iis, quum quivis, me haud monente, intelligat, qui in his nobiliſſimis familiis exſtiterunt, de Herculanenſibus meritiſſimos viros litterarum ac liberalium artium rudes atque indoctos eo minus eſſe potuiſſe, quo exploratius nobis eſt, neminem, priorum imperatorum ævo, quo Herculaneum maxime floruit, tam Romæ; quam in provinciis veram laudem conſequi: honores in republica affectare; aut munera ampliſſima obire, ac de civibus bene mereri potuiſſe ſine litterarum ſtudiis. Quis, quæſo, apud tot viros nobiliſſimos, quorum ſtatuæ erui coeptæ ſunt: tot alios duumuiros: decuriones ac patronos hujus coloniæ: apud illos porro CCCLXXXIII. ſenatores Herculanenſes, quorum in lapide antiquo [2] mentio fit, barbariem reſediſſe, atumabit, quam hac tempeſtate ubivis fere proſcriptam & exulantem cernimus? Quis eam ſolum in noſtra hac civitate remanſiſſe, ullo pacto ſibi perſuadebit, quam larga ac fauſta litterarum Romanarum lux undique circum iſtam diſpulerat, ac diſſipaverat?

Annon hæc omnia, ubi conjunctim expenduntur, argumenta rem de litterarum ſtudiis apud Herculanenſes, a nobis diſputatam, extra omnem dubitationem ponunt eamque non probabilem

(1) *Loco excitato* p. 155.

(2) Vide litteras Marcelli & Rudolph. Venuti Paull. Mar. Pacciaudii aliorumque apud Gorium *admiranda. antiqu. Herculanenſ.* p. 42. 45. 68. 71. & 155.

bilem modo ; sed maxime certam efficiunt ? Facili negotio , si opus esset , alia litteratæ civitatis vestigia , in lapidibus relicta , possem ostendere ; sed lubens ea , quum brevitati studeam , transmitto , & addo solum , in Herculanei ruinis inventam Ciceronis elegantissimam statuam [1] manifestum nobis præbere argumentum , æstimata ab Herculanensibus præstantia ingenia atque in summo honore habita fuisse . Solebant enim tam Græci ; quam Romani virorum doctissimorum , philosophorum , rethorum , grammaticorum poetarumque imagines ac statuas in bibliothecis , gymnasiis aliisque musarum sacrariis publice non solum ornatus caussa , sed eo potissimum consilio statuere , ut reverentiam suam erga ipsos per id significarent eorumque exempla , quæ in accendendis ingeniis plurimam vim possident , ad imitandum quasi proponerent [2] . En igitur Herculanenses nostros , qui patrem eloquentiæ tanto prosequuntur

(1) Vid. epistolam pictoris , ex Anglico in Latinum sermonem translatam apud Munterum, *pererg.* p. 55. 56.

(2) Vid. Ciceronem *lib.* IV. *epist. 9. ad Att.* Plinium *lib.* VII. *hist. nat. cap.* 30. *lib.* XXXIV. *cap.* 5. *lib.* XXXV. *cap.* 2. 3. & 5. ejusque sororis filium , *lib.* IV. *ep.* 28. *lib.* VII. *epist.* 37. *lib.* X. *epist.* 85: Horatium *lib.* I. *sat.* 4. Suetonium *vit. Aug. cap.* LIX. *vit. Tiber. cap.* LXX. *vit. Calig. cap.* XXXIV. ac de *illustr. grammat. cap.* IX. & XVII. Martialem *præf. ad lib.* IX. *epigram.* Senecam *de tranquill. anim. cap.* IX. Valerium Maximum *lib.* VIII. *cap.* 15. §. 2. Philostratum *vit. sophist. lib.* II. *num.* 9. p. 582. Sidonium Apollinarem *lib.* IX. *ep.* 16. aliosque plures apud Edmundum Figlerium *de statuis cap.* XXIV. p. 206. seq. Sam. Pitiscum *not. ad Suetonium* p. 287. 580. & 1073. Franc. Junium *de pictur. lib.* II. *cap.* 8. Joann. Lomejerum *de bibliothecis cap.* XIV. & Just. Lipsium *de biblioth. cap.* X. *tom.* III. *oper.* p. 1137. ac doct. patrem *pererg.* p. 143.

tur ſtudio : qui ſummos honores ipſi tribuunt : qui ejus doctrina capi delectarique ſe, publice per id profitentur : qui ejus exemplo, aliorum, qui ibi litteris ſeſe conſecrant, ingenia excitare atque inflammare, maxime ſtudent : qui ſtatuam ipſi ponunt eamque ſine dubio in illuſtri, muſis conſecrato, loco, in bibliotheca quippe : aut in gymnaſio collocant. Ipſe Cicero, ſi otii & litterarum cauſſa ad Pompejanum ſuum, ubi villam habebat, ſecederet, Herculaneum tranſibat [1]; quæ vero quum ita ſint, facile concipi poteſt, qui eum tantopere coluerunt, eos, quum præſens eſſet; aut non longe ab urbe in villa ſua commoraretur, nullam prætermiſiſſe occaſionem, eum conveniendi, reverentiam erga ipſum teſtificandi atque ex ejus conſuetudine ac doctiſſimis ſermonibus inſignes fructus percipiendi.

ADDO, Herculanenſibus ampliſſimam olim datam fuiſſe occaſionem, in literarum ſtudiis optatiſſimas faciendi progreſſiones. Habebant illi urbem Neapolim admodum vicinam, quam MARTIALIS per eminentiam adpellat *doctam* [2]; nec immerito ipſi eximiam hanc laudem tribuere videtur ob præſtantia illa, quæ omni tempore fovit aluitque, ingenia, domeſtica pariter ac adventitia, uti hoc nobiliſſima Virgilii, Horatii, Claudiani, Lucilii, Gellii, Statii [3] aliorumque no-

[1] Patet id ex *lib.* VII. *epiſt. 3. ad Atticum.*

[2] Vid. Jul. Caeſ. Capacium *antiquit. Neapol.* p. 151.

[3] Vid. *eumdem, loc. excit.* & adde Camillum Peregrinum *de Campan. felic. diſſ.* IV. *tom.* IX. *part.* 1. *theſ. antiquit. & hiſtor. Ital.* Graevii, p. 534.

mina satis superque demonstrant. Taceo de philosophis, quorum ingenio ac fama urbs nobilitata fuit, deque ingenti poetarum aliorumque doctissimorum virorum numero, quum illorum peregrinationes sacras ad sepulcrum Virgilii, ad quod totæ cohortes, quasi ad sanctum locum, convolare solebant [2]; horum vero literatos secessus, per ætatem institutos, omnes norunt [2]. Idem de aliis, quæ circum Herculaneum undique positæ fuerunt, urbibus dicendum esse, videtur. Ita Capua non solum instructissimas habuit olim bibliothecas [3]; sed & omni tempore viri, eruditionis laude florentes, ibi commorati sunt, ex quibus Eprium Marcellum [4], Publ. Aelium [5], Cajum Numitorium Calliſtratum [6], Postumium & Dio-

[1] Vid. Plinium *lib.* III. *ep.* 7. Statium *lib.* IV. *silv. carm.* 4. v. 52. aliosque apud Camillum Peregrinum *loc.* modo *memorato*, p. 199. Jul. Caes. Capacium *antiqu. & hist. Camp. cap.* II. p. 19. & Christ. Cellarium *notit. orb. antiq. tom.* I. p. 843.

[2] Vid. Capacium *antiquit. & histor. Neapol.* p. 12. 13. & Peregrinum *lib. memorat.* p. 532. Georg. Grecnium *de rustic. Rom. tom.* I. *thes.* Sallengriani, p. 681. Ex antiquis scriptoribus de secessibus his Campanis testantur: Cicero *lib.* I. *ep.* 15. *ad Attic. lib.* I. *de orat. cap.* 7. *lib.* III. *de finib.* c. 2. Suetonius *vit. Aug. cap.* LXXII. §. 5. *vit. Caligula, cap.* XLV. §. 6. & Statius *lib.* IV. *silv. carm.* 4. v. 12. Plinius *lib.* I. *ep.* 13. *lib.* II *ep.* 17. *lib.* IV. *ep.* 23. *lib.* III. *ep.* I. *lib.* VII. *ep.* 25.

[3] Vid. Camill. Peregrinum *loc. memorat.* p. 534.

[4] Ejus *auctor de clar. orator.* & Tacitus passim mentionem fecerunt.

[5] Vid. marmor apud cel. Ant. Franc. Gorium *admirand. antiq. Hercul. vol.* I. *symbol. litterar.* p. 78.

[6] Ejus memoriam servat antiquus lapis apud Camillum Peregrinum *loco* modo *excitato*, p. 533.

[1] & Dionem [2] nominasse sufficiat, ne aliorum nobiliorum grammaticorum mentionem faciam, quorum memoriam saxa literata passim nobis conservarunt. Ita quoque eo loco, ubi Palæpolis urbs stetit, quæ haud dubie pars vetustæ Parthenopes & eodem prope loco, quo Neapolis est, sita fuit, eruta sunt elegantissima Græca epigrammata, lapidibus sepulcralibus incisa aliaque marmora, quibus nomina virorum doctorum inscripta legimus [3]. Surrentum itidem in ea vicinitate fuit positum [4], cujus vel ideo hic mentionem facio, quod L. Crassitium, celebrem grammaticum & criticum, hinc Romam accersitum, SUETONIUS [5] tradit. Addo Cumas, pervetustum oppidum, non procul ab Herculaneo situm, ubi, præter Pompilium Andronicum grammaticum [7], Petronium commoratum esse, ex TACITO [6] discimus. Et quid de villis illis ornatissimis dicam, quibus Herculaneum nostrum septum quasi fuit, de villis quippe Marii & Luculli [8], Quinctorum, & Corneliorum prope Suessam [9]: de illis

[1] Teste Suida *lex.* voc. Ποσεῦμος *tom.* III. p. 161. ed. Kusteri. [2] *Vid.* Xiphilinum *lib.* LXXVI. p. 860.

[3] Conf. Jul. Caes. Capacium *antiquit. Neapol.* p. 25. & 117.

[4] Vid. eumdem. *antiq. & histor. Camp. cap.* XII. p. 89. Christ. Cellarium *notit. orb. antiqu.* p. 847. & Phil. Cluverium *Ital. antiq. lib.* IV. p. 1161.

[5] *De illustr. grammaticis, cap* XVIII.

[6] Conf. Suetonium ibid. *cap.* VIII.

[7] *Lib.* XVI. *annal. cap.* 19. §. 1.

[8] *Leg. eumdem lib.* VI. *cap.* 50. & Suetonium *vit. Tiberii, cap.* LXXII.

[9] Vid. de iis Iul. Caes. Capacium *ant. & hist. Camp.* p. 161.

porro, quas Misenum inter & Puteolos ob literarum studia: ob nobiles ibi Bajanas thermas [1]: ob varias quoque turpes atque inhonestas voluptates [2] constitutas esse, novimus, & ex quibus villæ inprimis Juliæ Mammææ, C. Jul. Cæsaris, Pompeji, Domitiani, Pisonis aliorumque ab antiquis scriptoribus [3] laudantur. Notissimæ inprimis sunt villæ Ciceronis Campanæ, vel eo nomine a me commemorandæ, quod per ejus in villas has secessus literatos benignior fortuna nostris Herculanensibus amplissimam facultatem offerret, ab isto, omnis fere elegantioris doctrinæ antistite, multa discendi atque egregias ad literarum studia, ex puris his limatissimisque ejus fontibus haurienda, faciendi progressiones. Eo spectat Pompejanum inprimis ac Puteolanum nostri Ciceronis [4], illud Pompejis & Herculaneo proximum; hoc vero prope Puteolos in Herculanensium agrorum confiniis, & littori impositum [5], ubi constituta erat celebris illa ejus academia, librorum ac statuarum præstantium adparatu instru-

(1) Conf. Silium *Italicum lib.* XII. v. 114. Florum *lib.* I. *cap.* 16. Martialem *lib.* XI. *epigr.* 80. & Senecam *epist.* LI.

(2) Ut ex Horatio *lib.* I. *ep.* 15. Clemente *Alexandrino lib.* III. *pædagog. cap.* 5. p. 272. ed. Potteri; & Seneca *epi.* LI. patet.

(3) Hos percensct sæpius laudatus Capacius *loc. excitato* p. 204.

(4) *Lib.* VII. *epist.* 4. *ad famil. lib.* XIV. *ep.* 17. 18. 19. *ad Atticum.*

(5) Vid. Plinium *lib.* XXXI. *cap.* 1. 2. Villæ illæ, quæ litori impositæ erant, a Romanis maxime æstimabantur: conf. Sam. Pitiscum *not. ad Suetonium* p. 316.

ſtructiſsima [1]. Laudat eam ipſe tanquam optimam liberalium diſciplinarum officinam : laudant & omnes, qui ejus ex antiquis ſcriptoribus mentionem fecerunt, ac libere confitentur, patrem illum eloquentiæ, Platonis hac in re æmulum, in amœniſſimos illos hortos omnes fere muſas traduxiſſe, omneſque litteratos eo, tanquam ad tutiſsimum confluxiſſe portum. Taceo de Trebulano inter Capuam & Sueſſulam : de Cumano, ad lacum Lucrinum poſito : de Formiano, Cajetam inter ac Formias ſito, ac ſolum obſervo, ex his Ciceronis pariter atque aliorum villis, quæ in ea vicinitate fuerunt, Herculanenſes maximum fructum percipere potuiſſe, non ſolum, quod in illis familiaritate ac conſuetudine doctiſsimorum Romanorum frui poterant, qui catervatim quaſi æſtate per Campaniam ſeſe diffundebant; ſed etiam ob præſtantiſsimas bibliothecas, quæ præcipuum villarum Romanarum in Campania ornamentum exſtiterunt. Ita CICERO, in Cumano quum eſſet, paſci ſe bibliotheca Fauſti, Attico ſuo ſcribit [2]; ipſe vero omnium optimam bibliothecam, multis ornamentis præditam, in Puteolano ſuo, ubi ejus academia fuit, poſsidebat [3]. Capuæ multas fuiſſe bibliothecas, CAMILLUS

(1) De hac academia & imprimis inſigni, quæ ibi fuit, bibliotheca diſſerit Capacius *antiquit. & hiſtor. Camp.* p. 235. Ex ſtatuis, quæ ibi exſtiterunt, ſupereſt elegantiſſimum Veneris ſimulacrum deſcriptum ab Anton. Ferro *adparat. ſtatuar. Cimis inventar. cap.* XI. *tom.* IX. *part.* 4. p. 37. *theſ. antiquit. & hiſtor. Ital.* Graevii. (2) *Lib.* IV. *epiſt.* 9.

(3) Academiæ hujus, &, quæ in illa fuerunt, ſtatuarum aliorum-

PEREGRINUS [1] probat ; de Silio autem Italico compertum habemus, in villis ejus Campanis, Herculanei vicinis, teste PLINIO [2] fuisse multum

rumque ornamentorum Cicero passim litteris ad Atticum mentionem facit, qui eorum in Græcia potissimum, conquirendorum curam in se susceperat. Ita *lib.* 1. *epist.* 3. scribit : *quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum academiæ proprium meæ, quod & Hermes, commune omnium & Minerva singulare est ejus gymnasii. Quare velim, ut scribis ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. Quæ mihi antea signa misisti, ea nondum vidi : in Formiano sunt, quo ego nunc proficisci cogitabam, illa omnia in Tusculanum deportabo* ; epistola vero v. *tu velim*, inquit, *si qua ornamenta γυμνασιώδη reperire poteris, quæ loci sint ejus, quem tu non ignoras, ne prætermittas*, id quod & sequenti his verbis confirmat : *herma tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, jam nunc me admodum delectant. Quare velim & eos, & signa, & cætera, quæ tibi ejus loci ; & nostri studii, & tuæ elegantiæ esse videbuntur, quam plurima, quam primumque mittas & maxime, quæ tibi gymnasii xystique videbuntur esse* : itemque : *signa Megarica & Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. Quidquid ejusdem generis habebis, dignum academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mittere.*

(1) *De Campan. diff.* IV. p. 534.

(2) *Lib.* III. *ep.* 7. ubi : *doctissimis sermonibus*, ait, *dies transigebat, quum a scribendo vacaret : scribebat carmina majore cura ; quam ingenio : nonnunquam judicia hominum recitationibus experiebatur. Novissime, ita suadentibus annis ab urbe secessit seque in Campania tenuit*, & paullo post : *erat φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehensionem. Plures iisdem in locis villas possidebat, adamatisque novis, priores negligebat. Multum ubique librorum : multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo ; verum etiam venerabatur.* De his Silii *Italici* in Campania villis Martialis *lib.* XI. *epigr.* 49. canit :

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
Jugera facundi qui Ciceronis habet.
Haredem dominumque sui tumulique larisque :
Non alium mallet nec Maro ; nec Cicero.

tum ubique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, eumque tranſegiſſe dies doctis ſermonibus & carmina ſcripſiſſe. Idem de Plinio majori ejuſque ſororis filio dicendum eſſe videtur. Uterque erat Miſeni, quod oppidum Cumis proximum ideoque haud longe ab noſtra urbe poſitum fuit, ubi ille claſſem Miſenenſem imperio regebat. Literis uterque dabat operam, quum junioris Plinii mater nuntiaret, adparere nubem inuſitata & magnitudine, & ſpecie, funeſtæ illius exhalationis prænuntiam, quæ præſtantiſsimum virum, majorem illum Plinium, quum ad miraculum hoc viſendum, deductis quadriremibus, juſto propius acceſsiſſet, ſuffocavit. Pompeiis vero, & Herculaneo triſtem intulit everſionem [1], excitato graviſsimo terræ motu, adeo, ut

(1) Id ex his Plinii verbis luculenter colligitur: *quamvis pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili caſu, quaſi ſemper victurus, occiderit*, cet. *multum tamen perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum æternitas addet, lib.* VI. *epiſt.* 16. ubi anunculi ſui obitum fuſe deſcribit. Dio *Caſſius lib.* LXVI. p. 755. incendium hoc Veſuvii montis erupiſſe, obſervat ſub autumni tempus, & πῦρ γὰρ μέγα, inquit, κατ' αὐτὸ τὸ φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξήφθη, *nam ſub autumni tempus ingens incendium excitatum eſt*, id quod Jo. Maſſonus *vit. Plin.* p. 26. *ad ann. urbis conditæ* DCCCXXX. Chriſtianorum autem LXXIX. ut jam ſupra memoravi, refert. Ad ipſa recitata Dionis verba cel. Gorius p. 19. hæc obſervat: *juxta Jul. Cæſaris rationes æquinoctium autumnale* XXIV. *ſeptembris inibat. Itaque, ſi Veſuvius* κατὰ τὸ φθινόπωρον, *hoc eſt, ut optime Leunclavius & Tillemontius obſervant: autumno jam ad exitum vergente, ardere cœpit, Herculanei clades ad novembrem menſem ſpectaverit.* Hæc temporis deſignatio convenit cum nonnullis antiquis Plinii codicibus, in quibus diſerte legitur: *non. kal. hora diei fere ſeptima*, pro quo in multis auctoris hujus editionibus eſt: *nono kalend. ſeptembris.*

terra discederet & uno quasi impetu duæ hæ nobiles urbes in illum hiatum miserandum in modum descenderent. Atque ex his satis superque patet, Herculaneum nostrum optimis literarum præsidiis instructum fuisse.

POSSEM plura literarum vestigia indicare: sed sufficiant hæc, quæ tam in ruinis calamitosæ hujus urbis: quam ejus confiniis monstrata a me sunt, manifesta Campanæ doctrinæ indicia. Fatebuntur mecum omnes, in his cavernis satis luculenter comparere effigiem veterum ejus civitatis ac totius regionis musarum, a quibus nemo tam aversus erit, qui non eas omnes ex pumicibus ac pulvere Vesuvii feliciter educi: qui non mandari monimentis æternum illarum præconium, facile cuperet: qui non ex illis multa incrementa literarum optaret studiis, multasque subsidiorum accessiones, quas non leves adhuc fuisse, & in posterum futuras esse, certo scimus. In dies enim fere, ut Neapolitanorum aliorumque literæ testantur, præstantissima effodiuntur antiquitatis monumenta ac litterata saxa [1], quæ omnium quidem

(1) Id ex multis Italorum, præsertim Neapolitanorum, litteris, a Gorio *symbol. litterar. vol.* 1. pag. 39. sq. exhibitis, patet. Ipse ibid. p. 7. *scimus*, inquit, *in dies augeri insignibus monimentis, ibidem inventis, museum inclyti Caroli Borbonii, utriusque Siciliæ regis*. In litteris doctissimi Matthiae Aegyptii, p. 55. hæc habentur: *nella real villa di Portici si continua il cavamento con felicità*, quæ & confirmantur in *descriptione excavationis, quæ in villa Resina fit*, addita epistolæ eminentiss. Card. Ang. Mar. Quirini ad cel. Jo. Matth. Gesnerum, Brixiæ MDCCXLVIII. editæ, ubi auctor, *si caveranno*, inquit, *ai tempo in tempo l' altre simili statue, e si porranno sotto*

dem oculis expoſita ſunt: ne tamen a curioſis, qui huc advolant, deſcribantur & ſingulatim modo ab his, modo ab aliis in lucem emittantur publicam, ſapientiſsima lege cautum fuit. Arcentur omnes, qui, non vocati, in fœcundam hanc meſſem falcem ſuam immittere volunt: &, quamquam per id optimarum harum rerum uſus ad tempus antiquitatum amatoribus denegatur [1]; longe tamen optatior erit earum proventus, ſi Regis

ſotto gli archi di queſto palazzo reale di Napoli. Idem hoc ita teſtantur aliæ Neapolitani cujuſdam ad Gorium litteræ, *ſymbol. litterar.* p. 100. ſuppeditatæ: *in quanto alle maraviglie, che ſi ſcavano ad Ercolano, poſſo dirle, che ſempre più creſcono, e non ſi ſcava mai, che altre coſe più belle ſempre più non ſi diſcoprano*. Ex his tuto colligi poteſt, quam inſignem proventum adhuc ſperare debeant antiquarum rerum amatores, quem & utiliſsimum fore, ea, quæ jam eruta ſunt, præſtantiſſima ſaxa ac marmora litterata abunde oſtendunt. Ita doctus quidem Neapolitanus confirmat apud Gorium p. 65. ex effoſſis his inſcriptionibus fœcundiſſimam admodum meſſem eſſe ſperandam, maximamque antiquitatibus earumque variis, adhuc non rite intellectis, momentis accendi lucem poſſe. Id patet ex nonnullis inſcriptionibus Herculanenſibus, quarum deſignatio benigniori fortuna in manus illuſtriſſimi marchion. Scipion. Maffeii incidit, quaſque in *epiſtola ad Bernard. de Rubeis* exhibitas cernimus. Multa de iis dicenda eſſent & obſervanda, ubi id locus & inſtituti ratio jam permitteret.

(1) Id non ſolum Gorius *præfat. ad vol.* 1. *ſymbolar. litterar.* p. xxi. teſtatur, ac regio juſſu cautum fuiſſe, memorat, ne quis exſcriberet; vel adumbraret monumenta ipſa, licet publico omnium conſpectui expoſita; ſed patet id quoque ex variis Neapolitanorum litteris, in memoratis *ſymbolis*, imprimis ex illis, quæ *not.* xi 1. p. 58. leguntur, ubi auctor earum *tutto*, ait *ſi tiene ſerrato e con mille cautele*. Id imprimis de rebus magni pretii, auro vel argento conflatis, atque aliis, quæ commode in palatium transferri ibique claudi ac cuſtodiri poſſunt, adfirmant aliæ litteræ, quæ ſunt *notit.* xix. p. 75. & quæ de aurea

Regis auſpiciis, juſſu a ſumtibus conjunctum prolati fuerint omnes iſti veteris majeſtatis ac elegantiæ Romanæ ſempiterni teſtes ac præcones. At, quam ſplendidam tum accipient muſæ hæ Campanæ faciem: quam magnifica ornatæ veſte in conſpectum prodibunt, quas ipſe potentiſsimus utriuſque Siciliæ rex, CAROLVS, tanta clementia amplectitur ac fovet: quarum conſervationi ſtudet quam maxime [1]: in quibus tuendis nouum ſibi ad immortalitatem curſum patefactum: novum poſteris apertum de laudibus ejus cernit campum?

ACCEDO nunc ad id, cujus cauſſa præcipue hanc ſcriptionem propono. Poſtquam enim SERENISSIMI SAXONIAE DVCES, academiæ hujus conſervatores indulgentiſsimi, domini mei clementiſsimi, provinciam profeſſoris philoſophiæ extraordinarii benigniſsime mihi tradiderunt, & pietas, & officii religio poſtulat, ut gratiam celſiſsimorum principum demiſſe venerer, & rite auſpi-

rea inventa ſtatua Jovis, adhuc nemini facile monſtrata, loquuntur. Ita, ut & hoc addam, eminentiſſimus Quirinus ſupra memorata *epiſtola* narrat, repertum quoque eſſe librum quatuor tabularum & æncarum quidem, qui honeſtam militum hujuſce loci miſſionem percenſeat. Hunc librum, addit, eruditis legendi adhuc non facultatem datam eſſe; ſed a rege, *ſub clave*, ut ajunt, iſtum ſervari.

(1) Id imprimis *ex nov. litterar. Florentin. tom.* 1. *num.* 9. p. 138. ſq. atque ex litteris Neapolitanorum apud Gorium p 51. & 89. abunde patet. Traditur in his, regiis impenſis omnia inventa in his ruinis monimenta, ſtatuas, picturas, vaſa, utenſilia cet. æneis tabulis incidi, huicque negotio pictores, ſculptores peritiſſimos & eos, qui rerum antiquarum cognitione aliis antecellunt, præfectos eſſe.

ſpicatoque munus hoc adgrediar. Quapropter animum induxi, orationem ſolemnem de *præſenti in Italia literarum ſtatu* d. XIII. jun. hor. XI. in auditorio theologico habere ac ſimul SERENISSIMIS DUCIBUS publice gratum & ſubmiſsum animum teſtificari. Ad quam orationem audiendam ut pro ſua prolixa erga me voluntate magnificus academiæ Protector, patres ejuſdem conſcripti, ſummo honoris cultu proſequendi, reliqui litterarum doctores, commilitones generoſiſsimi ac nobiliſsimi accedant, mihique beneficium, quod audiendi ſtudio & ſuffragandi voluntate comprobatur, tribuant, ea, qua decet, ratione rogo & læta proſperaque omnia mihi polliceor. P. P. d. VII. jun. anno reparatæ mortalium ſalutis MDCCL.

IL SITO
DELL'ANTICA CITTÀ
D'INDUSTRIA

SCOPERTO, ED ILLUSTRATO

DA GIOVANNI PAOLO RICOLVI,
ED ANTONIO RIVAUTELLA.

QUanto ſia il piacere, che ſi prova da quei, che allo ſtudio, ed alla ricerca attendono dell' Antichità, allorchè loro rieſce di ſcoprire un qualche nuovo lume, o nuovo monumento, malagevolmente ſi può ben intendere da altri, che da que' medeſimi, che provato l' abbiano. Speriam pertanto, che gli amatori dell' Antichità ci avranno grado, che noi loro partecipiamo una belliſſima Iſcrizione in bronzo di freſco trovata contenente il nome di una antica città, di cui ignoravaſi il ſito, ed ora non ſolamente queſto, ma molte ragguardevoli notizie ſiamo in iſtato di dare al Pubblico. Quella ſi è l' antica Città d'Induſtria nominata due volte da Plinio, la quale i di lui Commentatori, ed i Geografi malamente credettero eſſer Caſale Capitale del Monferrato. Ben era noſtro penſiero differirne la pubblicazione, quando dopo la ſeconda Parte de' Marmi Torineſi daremo fuori in un volume a parte tutte le Antichità da noi vedute, e ſcoperte di quà, e di là dell' Alpi, che il Piemonte circondano, ma il pregio di queſta ſcoperta, e il conſiderar, che la noſtra impreſa non così preſto al fine condurre poſſiamo, ci ha data la ſpinta a pubblicare intanto

que-

questo degnissimo monumento, non molti giorni sono dalla terra, in cui giaceva sepolto, ritornato alla luce, e di dar ragguaglio di altre antiche memorie insieme trovate, e questo per render paga la lodevole curiosità di molti, che di ciò ci hanno ricercati, e per intanto assicurar il Pubblico, che lo studio intrapreso dell' Antichità della Patria non si trascura, ma solamente si differisce per darne, quanto si potrà, una intera, e finita raccolta. Nè già crediamo, che alcuno sia per riprenderci di troppo affetto, e troppa stima delle nostre ricerche, dislodando la premura, e la voglia prematura di darne avviso al Pubblico, perchè mostrerebbe poco intendere di qual vantaggio, e diletto sia lo scoprire il sito, i vestigi, e le memorie di una Città antica: nè si maraviglierà della nostra allegrezza, e sollecitudine chi abbia letto appresso Cicerone qual sentì egli contento nell'animo, allorchè ritrovò il sepolcro di Archimede, e il riconobbe dal Cilindro con la Sfera, che vide in mezzo a un folto veprajo, e come si vanti egli uomo di Arpino di aver mostrato ai Siracusani la tomba d'un sì dotto loro Cittadino (*ita*) [1] *nobilissima Græciæ Civitas, quondam vero etiam doctissima, fui Civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset*. Se un sì grande Oratore, e Filosofo si compiacea di aver a' nobili Siracusani additato il sepolcro del più ingegnoso de' suoi Cittadini, perchè non dobbiamo noi a gloria recarci di mostrare agli

(1) Cic. Tusc. lib. v. num. 23.


GENIO ET HONOR
L POMPEI L F POL HEREN
NIANI EQ ROM EQ PVB
Q AER PET ALIM AEDIL
IIVIRO CVRATORI
KALENDARIOR REI P
COLLEGIVM PASTO
PHORORVM INDVS
TRIENSIVM PATRO
NO OB MERITA
T GRAE TROPHIMVS IND FAC

agli amatori dell' Antichità le rovine, e la tomba di un' intera Città ſtata un tempo anch' ella ornamento di coteſta parte d' Italia ?

Ma noi ingrati, e poco riconoſcenti ſaremmo quando la gloria di queſta ſcoperta, e d' altre già fatte, oltre quelle, che ſperiamo di fare, a noi attribuiſſimo, dovendoſi quella tutta di buon dritto all' Eccellentiſſimo Magiſtrato della Riforma degli Studj, come prima cagione, ed origine d' ogni noſtro progreſſo nella ricerca degli antichi monumenti del Paeſe. Egli fu, che due anni ſono dopo aver amorevolmente approvata la fatica da noi intrapreſa, ci animò all' illuſtrazione delle reſtanti Antichità dello Stato, e ci cominciò per tal effetto a porgere il ſuo ajuto, e ci promiſe ogni più efficace ſoccorſo. L' inclinazione da eſſo moſtrata a favorirci, e a proteggerci, non è altro, che una parte di quell' attenzione, e ſollecitudine, che egli ſi dà per promuovere lo ſtudio di ogni qualunque Scienza, per rendere ſempre più chiara la Reale Univerſità, grande ornamento di queſti Stati. E noi altro non poſſiam fare, che proteſtare ad Eſſo la noſtra riconoſcenza, e corriſpondere come ſappiamo a' giuſtiſſimi di lui deſiderj, laſciando che altri le glorioſe idee, e i ſaggi provvedimenti ne commendino.

Venendo intanto alla ritrovata Iſcrizione, da noi prima ſi dirà, come queſta nuova ſcoperta fatta ſi ſia; indi le parole tutte della Iſcrizione ſi ſpiegheranno; ed in terzo luogo una più lunga diſamina ſi farà della parola. INDVSTRIEN-

SIVM. per dichiarare, e fiſſare per certo il ſito, ed oſſervar la grandezza, e nobiltà di queſta antica Romana Colonia.

Dopo che fu da Noi data alla luce la prima parte de' Marmi della Reale Univerſità col titolo di *Marmora Taurinenſia*, penſammo di non metter l' ultima mano alla ſeconda Parte, ſinchè viſitati bene tutti gli angoli del Piemonte ammaſſar poteſſimo inſieme le Antichità in quà in là ſparſe e darne un terzo Tomo col titolo forſe di *Marmora Subalpina*. Noi pertanto e queſto ſcorſo Autunno, e l' altro antecedente, ſebben ci pareva l' impreſa faticoſa, ed aſpra,

Ed il tempo contrario a i bei deſiri,

nondimeno con varie gite una parte abbiam viſitata degli Stati del Piemonte, e varj prezioſi avanzi d' Antichità in eſſo notati, e ſcoperti: ma laſciando per ora ſtar le altre coſe, finalmente da qualche noſtro Amico avviſati nelle Ferie autunnali del 1743. ci portammo a Monteù di Po, Terra ſituata alla deſtra riva di eſſo Fiume circa ſedici miglia lungi da Torino, e varie Iſcrizioni trovammo co'nomi di Maeſtrati, e civili, e ſacri, che ci diedero a conoſcere eſſere in quel ſito ſtata anticamente qualche non piccola Città. Ma intorno al nome reſtammo ancora ſoſpeſi, ed incerti. Ritornati nello ſcorſo Autunno, un' altra Lapida rotta a pezzi trovammo, la quale a ſuo luogo più a baſſo riferiremo intera; in eſſa ſi leggeva però ancora aſſai chiaramente, che ad una certa Cocceja era ſtata decretata a ſpeſe del Pubblico

blico una Statua AB. IND. (interpetrammo noi *ab Induſtrienſibus*) , vale a dire da'Cittadini d'Induſtria , Città nominata da Plinio , ma di cui dubitavamo , ſe i moderni Geografi aveſſero ben conoſciuto il ſito , chiamandola Caſale , e noi fin d' allora con ragionevoli congetture giudicammo ivi piuttoſto eſſerne ſtato il ſito ; principalmente che nelle Bolle del Parroco di eſſo Luogo oſſervammo eſſere intitolata la Chieſa Parrocchiale *Sancti Joannis Baptiſtæ de Luſtria* , nome , che ben ci avvedemmo eſſere corrotto per la barbarie , e lungo andar de'tempi dall' antica *INDUSTRIA*, in vece di cui pure in alcune edizioni di Plinio leggeſi *Illuſtria* . Contuttociò non oſavamo ancora deporre ogni dubbio , finchè qualche altro monumento ſcoperto ci deſſe certezza maggiore .

Intanto come da'Paeſani , e contadini intendemmo eſſerſi altre volte nel piano giacente tra le Colline vicino al Po ſcoperti non oſcuri veſtigj d' antiche fabbriche , e trovate alcune Medaglie, fu da noi dato ordine a due Abitanti di Monteù di ſcavare durante l' inverno in alcuni luoghi da noi accennati , e darci conto di ogni coſa , che ritrovata ſi foſſe . Ci fu dato avviſo alla metà del paſſato Febbrajo , che eraſi ſcoperta una gran Camera , e ci furono traſmeſſe alcune Medaglie , ed alcuni pezzi rotti di rame lavorato ; contenti noi di tal nuova facemmo premura , che ſi continuaſſe ad evacuare la terra del ſotterraneo ſcoperto , e a i due di Marzo ci fu inviata copia dell' Iſcrizione , ed a i quattro un' altra copia ci fu comuni-

cata, che era ſtata mandata a Sua Eccellenza il Signor Marcheſe D' Ormea Gran Cancelliere, Miniſtro, e Primo Segretario di Stato, ec. a cui avemmo per bene di preſentare una ſuccinta intepetrazione; e finalmente a i ſette ci fu portata ogni coſa ritrovata con lo ſteſſo bronzo, in cui abbiamo letta la Iſcrizione, come ſegue.

GENIO . ET . HONORI
L . POMPEI . L . F . POL . HEREN
NIANI . EQ. ROM. EQ. PVB
Q. ÆR. P. ET. ALIM. ÆDIL
II VIRO . CVRATORI
KALENDARIORVM . REI. P
COLLEGIVM . PASTO
PHORORVM . INDVS
TRIENSIVM . PATRONO
OB . MERITA

Nella Cornice

T.GRÆ. TROPHIMVS. IND. FAC.

Cominciando dunque dalle prime parole GENIO . ET . HONORI . diciamo, che trovanſi frequenti Iſcrizioni, altre agl' Iddii Genj, altre ancora al Dio Onore, quaſi a Divinità tutelari

telari di quelle persone, in onore delle quali è intagliata l' iscrizione. Quanto al Dio Genio già da Noi fu detto [1], che gli Antichi assegnarono e a i luoghi, e alle persone una tal Divinità, che a questi, e a quelle presedesse, e quasi la loro sorte regolasse, la quale Divinità da' Greci δαίμων, da' Latini *Genius* fu nominata: Ma principalmente intorno a' Genj delle persone insegnarono gli Antichi, che ad ogni uomo, che nasceva tosto erano mandati da Giove due Genj, uno buono, e l' altro cattivo, li quali poi amendue si sforzavano di regolare le di lui azioni, ma come ognuno di essere retto dal Genio buono solea vantarsi, di lui per lo più dagli Autori si parla, onde disse Menandro,

Appena l' uomo è nato, che al governo
Di lui tosto s' appresta il Genio buono

E *Vezio Valente* Astronomo Antiocheno citato da Seldeno [2], e ancor inedito dice, che dalla sorte della Fortuna, del Genio, dell' Amore, e della Necessità tutte le nostre passioni, le felicità, e i pericoli dipendono, e del Genio diffusamente discorre, ma come alquanto è oscuro il testo, lasciamo di quì addurlo, ed esaminarlo, ed i curiosi rinviamo a Seldeno.

Dell' Onore pure considerato come Divinità propria di una persona privata da noi già fu ragionato [3], e fu osservato, che in Iscrizioni, ed in Medaglie molte l' Onore, e la Virtù, come Di-

(1) Marm. Taur. pag. 187. (2) De Diis Syris pag. 99.
(3) Marm. Taur. pag. 162.

vinità inſeparabili ſi trovano accoppiate. Ma tralaſciando ora di ripetere le coſe da noi dette, ed aggiugnerne altre, che dir ſi potrebbono ragionando come antiquarj, ci piace diſcorrer piuttoſto come Filoſofi, ed eſaminare, che realmente ſi voleſſe intendere con quelle parole *Genio*, & *Honori*, le quali ci pare non eſſere altro, che una maniera di dire dalla ſordida adulazione a' Perſonaggi grandi ſotto gl' Imperadori introdotta, per la quale tutto quello, che delle azioni o virtù, o indole, o coſtumi de' Ceſari, e degli Uomini illuſtri diceaſi, tutto doveva ſapere di Divinità: e tanto meno è da credere, che credeſſero i Romani a tali Divinità, quanto più era invalorito appo loro il coſtume di partecipare agli uomini gli attributi, e gli onori alla Divinità ſola dovuti. Molte locuzioni pertanto de' Gentili ſi potrebbero ſpogliare di quell' aria, che hanno di Sacro, e Divino, e ridurre ad eſpreſſioni ordinarie, e andanti di onore, di riſpetto, e di ringraziamento, e ſimili. Così in queſto luogo ſecondo il noſtro penſiero, che ci verrà altra occaſione di meglio ſpiegare, pel *Genio* ſi vogliono intendere le naturali buone qualità del perſonaggio, o ſiano quelli, che ſi chiamano beni di natura, o vogliamo dire, la buona generoſa indole, e per l' *Onore* li meriti proprj con le virtuoſe azioni acquiſtati, o ſe lo vogliam dire in una parola, la *onoratezza*.

Ma in queſta Iſcrizione un' altra coſa è da oſſervare, che incerti ſiamo, ſe a barbarie, o a ſciocca

sciocca adulazione, o a bizzarra novita di locuzione attribuire si debba. In altre Iscrizioni o si legge *Honori*, e poi il nome del personaggio nello stesso terzo caso, come [1]

HONORI
MEMMIO. VITRASIO. ORFITO

Ovvero *Honori Imperatoris Cæsaris*, &c. o come nella nostra Lapida pubblicata [2] *in Honorem T. Claudii Imperatoris*, e così di seguito i titoli del Personaggio nel secondo caso: e quì dopo aver detto *Honori L. Pompei Herenniani*, si legge *Curatori*, & *Patrono*, le quali due parole vanno di nuovo riferite alle parole *Genio*, & *Honori*. In altra Iscrizione si osserva anche simile sbaglio, ma solamenre nella parola *Curatori*, dove la S può essere stata dimenticata, eccola [3].

HONORI
M. GAVI. M. F
POP. SQVILLANI
EQ. PVB. IIII. VIR. I. D
IIII. VIR. APVB
CVRATORI. VICETINOR
APPARITORES. ET
LIMOCINCTI
TRIBVNALIS. EIVS

L' Autore della erudita disertazione su quest' Iscrizione simile alla nostra molte cose dottamente spiega, che noi di leggieri passeremo,

(1) Grut. pag. 443.
(2) Marm. Taur. pag. 189.
(3) Opusc. Scientif. tom. v. pag. 363.

rinviando a quella chi desideri più lunga dichiarazione, ma della scorrezione della parola *Curatori* in vece di *Curatoris* non fece menzione, ed essa Iscrizione medesima altrove pure tale abbiam letta [1]. Tornando alla nostra, se nella volgar lingua si volesse esprimere parola per parola adequatamente il pensiero, che in essa contiensi, così dovrebbe dirsi per non tacciar di barbaro affatto lo Scrittore della medesima, *Alla bontà, ed Onoratezza di Lucio Pompeo Erenniano &c. Regolatrice de' Dazj Pubblici, e Protettrice de' Cittadini d' Industria*. Ma lasciando questo minuto sgramaticare; meglio sarà, che venghiamo ad esaminare i nomi, e gli ufizj, e le dignità, che avea Lucio Pompeo.

L. POMPEI. L. F

Quantunque questi si chiami Lucio Pompeo figlio di Lucio, non è da credere peraltro, che egli neppur per adozione possa sicuramente dirsi della famiglia de' Pompej tanto inclita, e chiara nella Romana Storia; bensì piuttosto per certo dee tenersi, che sotto gl' Imperadori, ed estinta l' antica Repubblica non si sia più avuta cura de' nomi delle antiche Romane famiglie, e che abbia ognuno cominciato facilmente ad arrogarsi il nome di una, o di un' altra schiatta, secondo che bene pareagli, conservando peraltro per lo più l' ordine solito a tenersi ne' prenomi, e nomi.

POL. HERENNIANI

Nella maniera costumata da' Romani il nostro

(1) Maffei Ver. Illust. tom. 1.

ſiro Lucio Pompeo mette innanzi al proprio cognome *Erenniano* quello della Tribù, dinotando eſſere della Tribù Pollia una di quelle, che *Ruſtiche*, o ſia *della Campagna* erano da' Romani chiamate, vale a dire Tribù, nelle quali eranó ſcritti coloro, che fuori di Roma, e principalmente nell' Italia godevano della cittadinanza Romana. Il Piemonte dalle iſcrizioni oſſervate veggiamo, che diviſo fu tra due diverſe Tribù, che ſono la Pollia, e la Stellatina, delle quali ne' marmi finora ritrovati ſovente ſi leggono i nomi, ſicchè in una delle due è probabile, che ogni Città di queſta parte d' Italia foſſe deſcritta.

EQ. ROM. EQ. PVB

E' fu Lucio Pompeo Cavaliere Romano, e di più Cavaliere ſtipendiato dal Pubblico, come dee intenderſi da quelle parole EQ. PVB., imperocchè da principio i Cavalieri Romani a proprie ſpeſe militavano, ed accorrevano a' biſogni della Republica, e poi dall' anno CCCLI. di Roma s' introduſſe il coſtume di dar, e mantenere a ſpeſe del pubblico il cavallo a' Cavalieri. Sotto gl' Imperadori poi dall' oſſervazione fatta ſu varie iſcrizioni ci pare, che le parole *Equus publicus*, *equo publico donatus*, ovvero *ornatus &c.* ſignifichino ſempre dignità militare, e queſti tali Cavalieri debbanſi ſempre intendere ſoldati a cavallo, a differenza de' Cavalieri Romani negli ultimi tempi della Repubblica, in cui i Cavalieri componevano un ordine di cittadinanza mezzana tra plebei, e Senatori; non già di milizia.

Con-

Convien dunque negli antichi scrittori, e nelle antiche lapide distinguere Cavalieri di grado da Cavalieri di guerra, siccome oggi pure distinguiamo tra cavalieri soldati, e Cavalieri d' alcun nobil ordine, quantunque e questi, ed i Romani tutti la loro prima origine traggono dalla milizia. Dobbiamo però dire, che le parole *equus publicus* significhino un qualche grado militare distinto tra' soldati a cavallo, perchè nelle iscrizioni si trova sovente questo titolo con insigni dignità insieme accoppiato.

Q. ÆR. P. ET. ALIM

La dignità di Questore dell'erario altro pare non fosse se non quella di presiedere alle finanze, e di esigere tutti i tributi dovuti alla Repubblica, o al Principe: ma questo Lucio Pompeo non s' ha da intendere, che fosse Questore di quell' Imperadore, sotto cui viveva; ma solo dell' erario, o sia delle rendite della stessa Città d'Industria la quale con privilegj accordati alle Colonie, e a' Municipj si governava quasi alla foggia dell' antica Repubblica Romana. Non leggieri difficoltà ci movono le lettere che seguono. PET. ALIM. nelle quali dubitiamo, che lo intagliatore abbia dimenticata la distinzione tra la lettera P. e le lettere ET. sicchè si debba leggere *Quæstoris ærarii publici, & alimentorum*, ed allora due dignità diverse avremmo di Lucio Pompeo, quella di Questore dell' erario publico, e quella di Questore degli alimenti tutte due risguardanti la sola Città d' Industria. Della prima più rari ancora sono

ſono gli eſempli, che della ſeconda, della quale ne troviamo menzione in una iſcrizione degna d' eſſere quì riportata [1].

T. POMPEIO. FELICISSIMO MVNICIP
DECVR. SVESSVL. ET. SACERD. M. D
X̄VIR. IN. VICO. NOVANENSI. PATR
L. POMPEI. FELICISSIMI. DECVR. IĪ VIR
I. D. ET. Q. ALIMENT

E in un altra [2]

N. PETTIO. N. F
GAL. RUFO
II VIR. Q. ALIMENT
CVR. PEC. PVBLICAE
CVRATORI. FRVMENT

E in una di Peſaro [3]

C. MVTRIO. C. F. PAL
QVINTO. SEVERO
Q̄. IĪ VIR. Q̄
CVRATORI. KALENDAR
PECVNIAE. VALENTINI

E di più in Grutero [4] ſi fa menzione di un Lucio Didio Macrino Proconſolo (ſe non v' ha sbaglio) degli alimenti. Ma che intender mai ſi dovrà per alimenti in queſte, ed altre iſcrizioni? Due penſieri ci ſi rappreſentano innanzi. Uno, che per alimenti intender ſi debba un certo fondo aſſegnato per nudrire, ed educare i fanciulli, e le fanciulle povere, poichè fu coſtume anche degli

(1) Opuſ. ſcient. tom. 28. p. 165. (2) Ibid.
(3) Marm. Piſaur. p. 17. n. 38.
(4) Pag. 402. n. 4.

gli antichi gentili il pensare all' utilità pubblica coll' aver cura della prole de' bisognosi cittadini. E ciò verisimile molto rendono non leggieri congetture apportate da un moderno eruditissimo autore per la spiegazione dell' iscrizione di sopra in terzo luogo addotta simile alla nostra. Osserva egli in Dione Cassio, ed Aurelio Vittore, e Sparziano, e Capitolino, che prima Nerva, poi Adriano, indi Alessandro Severo, e dopo lui Antonino Pio fecero in maniera, che per tutta l' Italia si provedesse a spese del pubblico al mantenimento de' fanciulli, e delle fanciulle nati da' Cittadini Romani sì poveri, che non potessero loro procacciar il vitto, per così torre la paltoneria tanto disdicevole ne' ben regolati imperj. Ne solamente a' fanciulli, ma ancora a' vecchj, e agli storpj gli alimenti dal pubblico doveano esser dati; ma come principalmente risguarda un tal bisogno la tenera età, così di fanciulli, e fanciulle vien fatta per lo più menzione dagli autori, come da Giulio Capitolino, che dice di Antonino, che a spese sue comandò si mantenesse un certo numero di fanciulle, che Faustiniane da Faustina volle fossero chiamate [1]. Ed una iscrizione di Grutero c' insegna, che un certo Gajo Plinio data aveva una somma per alimento de' fanciulli, e delle fanciulle della Plebe [2].

AMPLIVS. DEDIT. IN ALIM. PVEROR ET. PVELLAR. PLEB. VRB. H. S.....

A que-

(1) Puellas alimentarias in Faustinae honorem Faustinianas constituit. (2) Pag. MXXVIII. num. 5.

